19.

# DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS
DE
# IVRE ET IVDICIIS
COMMVNITATVM, QVAE VENIVNT SVB NOMINE
# MARCARVM IN WETTERAVIA
Von
# Marcken und Maercker Gedingen
in der Wetterau.

RECTORE GEORGIAE AVGVSTAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO
# GEORGIO II.
MAGNAE BRIT. FRANC. ET HIBERN. REGE,
DEFENSORE FIDEI,
BRVNSVICENSIVM AC LVNEBVRGENSIVM DVCE,
S. R. I. ELECTORE ET ARCHITHESAVRARIO
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRAESIDE
# D. IO. FRIED. WAHL
POTENTISSIMO M. BRITANNIAE REGI A CONSILIIS AVLAE
ORDINIS SVI H. T. DECANO, FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARIO
ET ANTECESSORE
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS OBTINENDIS
PVBLICE DISPVTATA
AB AVCTORE
# PHILIPPO DAVIDE SCHAZMANN.

AD D. XXVI. NOVEMBRIS CIↃ IↃCCXLVI.

GOTTINGAE
TYPIS ABRAM VANDENHOECK, ACAD. TYPOGR.

# D I C K I E D M A N

# G E O R G I O H

# I A K E E L I A D I C I S

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO,

# DOMINO

# CAROLO PHILIPPO ANTONIO

# L.B. DE GROSCHLAG

A DIEBVRG

DYNASTAE IN MESSEL, SICKENHOFEN, HERGERS,

EPPERTSHAVSEN cetera,

SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS

CONSILIARIO INTIMO,

CAMERAE IMPERIALIS PRAESIDI

NEC NON

ORDINIS AQVILAE ALBAE POLON.

EQVITI,

MAECENATI INDVLGENTISSIMO
IVSTITIAE DEFENSORI STRENVO
ATQVE
REIPVBLICAE TAM CIVILIS QVAM LITTERARIAE
PROMOTORI MAXIMO,
SPLENDIDISSIMAE GENTIS CONSERVATORI OPTIMO
DOMINO AC PATRONO SVO GRATIOSISSIMO
HANC QVALEMCVNQVE
DE IVRE ET IVDICIIS COMMVNITATVM
QVAE VENIVNT SVB NOMINE MARCA-
RVM IN WETTERAVIA
*DISSERTATIONEM INAVGVRALEM*
IN
PERPETVVM SVAE VENERATIONIS DEVOTIONISQVE
MONIMENTVM
PRO TANTA SIBI SVISQVE PARENTIBVS EXHIBITA
GRATIA,
CVM VOTO
OMNIGENAE PROSPERITATIS LONGISSIMAEQVE VITAE
EX SVBMISSA ET DEVOTISSIMA MENTE
DAT, DICAT, CONSECRAT,

humillimus atque obsequiosissimus
cultor

PHILIPPVS DAVID SCHAZMANN.

# DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS
DE
# IVRE ET IVDICIIS COMMVNITATVM, QVAE VENIVNT SVB NOMINE MARCARVM IN WETTERAVIA
Von
**Marcken und Marcker Gedingen in der Wetterau.**

## §. I.
## QVAE RES VNIVERSITATIS, QVAE VERO COMMVNES ESSE DICVNTVR ET DE RERVM COMMVNITATE.

Ex rebus, quae humani iuris esse dicuntur, quasdam plures vt *vni* *a*) seu *vniuersi* sunt, quasdam vero vt *singuli* sunt, possident. Quae a pluribus vt *vni* sunt tenentur seruanturque, *vniuersitatis* esse dicimus, quamquam enim vniuersitas materialiter ex singulis constat, formaliter tamen ab iisdem differt & nomen iuris est *b*), quod denotat, vnum morale siue plurium hominum complexum; qui etiam persona mystica siue composita appellatur. Quae igitur eiusmodi com-

*a*] Ita Paulus loquitur in *L. 1. §. fin. D. de Adqui vel Am. Poss.*
*b*] *L. 7. §. 2. D. quod cuiusque vniuers*

complexui hominum adquisita sunt, in proprietate totius vniuersitatis sic versantur, vt singularum personarum esse non possint, nec integre nec ex parte, quamuis omnes, qui sunt de vniuersitate vsum earum rerum promiscuum habeant *c*). Quod si vero plures quidem vnam vel plures res, ita tamen adquisiuerint, vt ad omnes *vt singuli* sunt, pertineat, res inter eos *communes* esse dicuntur. Ex quo intelligitur, commune illud proprie vocari, quod ita suum cuiusque non est, vt eo toto frui atque vti possit, sed ad plures pro parte vel diuisa vel indiuisa pertinet *d*). Nam etsi communis res sic omnium esse dicitur, quae, vt VLPIANVS *e*) eam definit, non singulorum tota est, sed pro partibus vtique *indiuisis*, vt intellectu magis partes habeant, qnam corpore *f*), communia tamen quaedam etiam sunt pro diuiso, quorum sic secretae & distinctae partes sunt, vt oculis cerni ac demonstrari queant *g*). Fit autem res communis, vel cum societate, vel sine societate *h*), si sine societate aliquid inter plures commune est, nullo tractatu habito, puta, quum non adfectione societatis incidimus in communionem, vt euenit in re duobus legata, item si a duobus simul

*e*] *cit. L.* 1. §. *fin. de Adquir. vel amitt. Poss.*
*d*] *L.* 46. *D. de Ritu Nupt.* *L.* 83. *D. pro Soc.*
*e*] *L.* 5. *D. de Stipul. seruor.*
*f*] Hoc sensu dicuntur communia bona in *L.* 4. *C. commun. vtriusque iud*, *L.* 3. *C. de muner. & honor. L.* 8. *C. famil. ercisc*, , communes aedes *L.* 18. §. 5. *D. de damn. inf.*, commune aedificium L. 9 §. 4. *de reb. aut. iud. poss.*, communis lapis L. 8. *D. de Adq. rer. dom.*, paries L. 35. L. 36. L. 39. *D. de damn. inf.*, communis ager meus & tuus L. 6. §. 2. *D. Aq. & aq. pluv. arc.*, communis duorum L. 28. *D. de Salv. Interd.* vel cum alio fundus L. 1. *C. de fund. dotali*, commune praedium L. 7. *C. commun. vtriusque iud. L.* 8. *D. de Adq. rer. dom.* cetera. Vid. BRISSON. *de V. S. v. communis.*
*g*] BRISSON. cit. loc.
*h*] L. 2. D. *commun. diu.* L. 32. D. *pro Soc.*

mul emta ſit ſocietas, aut ſi hereditas vel donatio nobis communiter obuenit, aut ſi a duobus ſeparatim emimus partes eorum, non ſocii futuri, vt rem explicat VLPIANVS *i*), nam tractatu habito ſocietatem coitam eſſe, idem dicit *k*). Ius quod ex rerum communione ſiue communitate oritur, quodque pluribus ſic *commune* eſt, ut omnibus, *vt ſunt ſinguli*, in rebus ad eos pro parte vel diuiſa vel indiuiſa pertinentibus, cum vel ſine tractatu habito competat, non praeciſe *condominium eſt*, ſed latius patet & res quoque illas adficit, quarum proprietas non ad ipſos vel ſaltim non ad omnes ſocios, ſed ad alios pertinet. Quanquam enim *a potiori* communitas rerum dicitur eſſe inter eos, qui ſunt *condomini* pro parte ſiue diuiſa ſiue indiuiſa, non tamen omnis communio eſt condominium, ſed eſſe quoque poteſt cummunio inter eos, ad quos res ex alio iure attinet, v. c. ex iure hereditario, qualificatae poſſeſſionis, pignoris & hypothecae *l*), item ſeruitutis *m*), tam realis, quam perſonalis, puta vſusfructus *n*), vel ſimilis ſeruitutis perſonalis, quid? quod illae quoque res, quae alienae quidem ſunt, ſed tamen *ex bonis* noſtri eſſe dicuntur, inter plures communes fieri poſſunt *o*), nihil autem refert an, qui res communes poſſident, perſonae ſint ſingulares, an vero compoſitae, ſeu myſticae, quando enim plures diuerſae vniuerſitates, vel ſingula vniuerſitatis membra, res quasdam inter ſe communes habent, quibus non *vt vniuerſi*, ſed *vt ſinguli* ſunt, fruuntur, hae ad res, quas *vniuerſitatis* eſſe dixi, referri nequeunt.

§. II.

*i*] L. 31. §. 1. D. pro Soc.

*k*] Cit. L. 32. D. pro Soc.

*l*] L. 10. L. 16 §. 8. D. de pignor. L. 11. & 14. D. de diſtract. pignor.

*m*] L. 19. D. ſi ſerv. vind. L. 13. §. 3. de vſufr. L. 19. de ſerv. praed. ruſt.

*n*] L. 16. pr. D. fam. erciſc.

*o*] L. 1. §. 10. L. 5. pr. D. de his qui effud.

complexui hominum adquiſita ſunt, in proprietate totius vniuerſitatis ſic verſantur, vt ſingularum perſonarum eſſe non poſſint, nec integre nec ex parte, quamuis omnes, qui ſunt de vniuerſitate vſum earum rerum promiſcuum habeant *c*). Quod ſi vero plures quidem vnam vel plures res, ita tamen adquiſiuerint, vt ad omnes *vt ſinguli* ſunt, pertineat, res inter eos *communes* eſſe dicuntur. Ex quo intelligitur, commune illud proprie vocari, quod ita ſuum cuiusque non eſt, vt eo toto frui atque vti poſſit, ſed ad plures pro parte vel diuiſa vel indiuiſa pertinet *d*). Nam etſi communis res ſic omnium eſſe dicitur, quae, vt VLPIANVS *e*) eam definit, non ſingulorum tota eſt, ſed pro partibus vtique *indiuiſis*, vt intellectu magis partes habeant, quam corpore *f*), communia tamen quaedam etiam ſunt pro diuiſo, quorum ſic ſecretae & diſtinctae partes ſunt, vt oculis cerni ac demonſtrari queant *g*). Fit autem res communis, vel cum ſocietate, vel ſine ſocietate *h*), ſi ſine ſocietate aliquid inter plures commune eſt, nullo tractatu habito, puta, quum non adfectione ſocietatis incidimus in communionem, vt euenit in re duobus legata, item ſi a duobus ſimul

*e*] *cit. L.* 1. §. *fin. de Adquir. vel amitt. Poſſ.*
*d*] *L.* 46. *D. de Ritu Nupt.* | *L.* 83. *D. pro Soc.*
*e*] *L.* 5. *D. de Stipul. ſeruor.*
*f*] Hoc ſenſu dicuntur communia bona in *L.* 4. *C. commun. vtriusque iud*, *L.* 3. *C. de muner. & honor. L.* 8. *C. famil. ercisc.*, communes aedes *L.* 18. §. 5. *D. de damn. inf.*, commune aedificium L. 9 §. 4. *de reb. aut. iud. poſſ.*, communis lapis L. 8. *D. de Adq. rer. dom.*, paries L. 35. L. 36. L. 39. *D. de damn. inf.*, communis ager meus & tuus L. 6. §. 2. *D. Aq. & aq. pluv. arc.*, communis duorum L. 28. *D. de Salv. Interd.* vel cum alio fundus L. 1. *C. de fund. dotali*, commune praedium L. 7. *C. commun. vtriusque iud. L.* 8. *D. de Adq. rer. dom.* cetera. Vid. BRISSON. *de V. S. v. communis.*
*g*] BRISSON. cit. loc.
*h*] L. 2. D. *commun. diu.* L. 32. D. *pro Soc.*

mul emta ſit ſocietas, aut ſi hereditas vel donatio nobis communiter obuenit, aut ſi a duobus ſeparatim emimus partes eorum, non ſocii futuri, vt rem explicat VLPIANVS *i*), nam tractatu habito ſocietatem coitam eſſe, idem dicit *k*). Ius quod ex rerum communione ſiue communitate oritur, quodque pluribus ſic *commune* eſt, ut omnibus, *vt ſunt ſinguli*, in rebus ad eos pro parte vel diuiſa vel indiuiſa pertinentibus, cum vel ſine tractatu habito competat, non praeciſe *condominium eſt*, ſed latius patet & res quoque illas adficit, quarum proprietas non ad ipſos vel ſaltim non ad omnes ſocios, ſed ad alios pertinet. Quanquam enim *a potiori* communitas rerum dicitur eſſe inter eos, qui ſunt *condomini* pro parte ſiue diuiſa ſiue indiuiſa, non tamen omnis communio eſt condominium, ſed eſſe quoque poteſt cummunio inter eos, ad quos res ex alio iure attinet, v. c. ex iure hereditario, qualificatae poſſeſſionis, pignoris & hypothecae *l*), item ſeruitutis *m*), tam realis, quam perſonalis, puta vſusfructus *n*), vel ſimilis ſeruitutis perſonalis, quid? quod illae quoque res, quae alienae quidem ſunt, ſed tamen *ex bonis* noſtri eſſe dicuntur, inter plures communes fieri poſſunt *o*), nihil autem refert an, qui res communes poſſident, perſonae ſint ſingulares, an vero compoſitae, ſeu myſticae, quando enim plures diuerſae vniuerſitates, vel ſingula vniuerſitatis membra, res quasdam inter ſe communes habent, quibus non *vt vniuerſi*, ſed *vt ſinguli* ſunt, fruuntur, hae ad res, quas *vniuerſitatis* eſſe dixi, referri nequeunt.

§. II.

*i*] L. 31. §. 1. D. pro Soc.

*k*] Cit. L. 32. D. pro Soc.

*l*] L. 10. L. 16 §. 8. D. de pignor. L. 11. & 14. D. de diſtract. pignor.

*m*] L. 19. D. ſi ſerv. vind. L. 13. §. 3. de vſufr. L. 19. de ſerv. praed. ruſt.

*n*] L. 16. pr. D. fam. erciſc.

*o*] L. 1. §. 10. L. 5. pr. D. de his qui effud.

## §. II.

## DIVISIO IN RES VNIVERSITATIS ET COMMVNES GERMANIS NON INCOGNITA FVIT.

Nihil ſingulare haec rerum apud Romanos recepta diviſio habet, quod Germanorum inſtitutis adverſaretur. Enimuero illi me nunc ingerere diſputationi vereor, dominiumne ſtatim habuerint ſinguli ex veteris Germaniae populis, qui primi eius incolae atque habitatores fuerunt, an vero inter eos communio omnium rerum fuerit huiusmodi, vt quilibet donec alter ex rebus quas contuebatur, quidquam occupaſſet atque ad vſus ſuos tranſtuliſſet, diuinam, quam vocat SENECA *p*) vocem: HAEC OMNIA MEA SVNT, emittere potuerit, quoniam idonea argumenta, quibus id euinci poſſit, me legere nondum memini, quod enim C. IVL. CAESAR *q) apud Sueuos priuati ac ſeparati agri nihil fuiſſe* ſcribit, minime probat, quod probare debet, ex aliis tamen licet paulo obſcurioribus verbis, quibus idem *r*) ſtatum oeconomicum maiorum noſtrorum ſic deſcribit: *Agriculturae non ſtudent, maiorque pars victus eorum lacte & caſeo & carne conſiſtit, neque quisquam agri modum certum aut fines proprios habet, ſed magiſtratus & principes in annos ſingulos, gentibus cognationibusque hominum, qui vna coierunt, quantum eis & quo loco viſum eſt, attribuunt agri, atque anno poſt alio tranſire cogunt*, geminisque TACITI *s*) verbis, qui *agri*, inquit, *pro numero cultorum ab vniuerſis per vices* (vel vt alii malunt *vicos*) *occupantur*, quos

*p*] Lib. VII. de Benefic. cap. III.
*q*] Lib. IV. de Bell. Gall. cap. I.
*r*] Lib. VI. cap. XXII.
*s*] de Mor. Germ, cap. XXVI.

*quos mox inter se iuxta dignationem partiuntur, facilitatem partiendi camporum spatia praestant, arua per annos mutant & supereſt ager*, facilius mihi perſuaſerim, cuiuis vniuerſitati agrum communem fuiſſe, *die gemeine Fluhr, Allmende, Allmuth t*) in Wetterauia die *gemeine Allmey*, quem, vt B. HEINECCIVS *u*) Caeſaris & Taciti verba accipit, magiſtratus quotannis diſtribuebant, ſecundum familias, ita tamen, vt dignitatis haberent rationem & illuſtribus ac ingenuis plus quam plebeiis adſignarent. Etſi autem TACITI aetate poſſeſſores illi vertente anno cedere cogerentur agro, aliumque accipere, quem magiſtratus attribuebat, poſtea tamen hanc conſuetudinem ſic mutauerunt, vt quod communi reliquorum conſenſu & diſtributione terrae ſingulis ſemel obueniſſet, proprium eorum maneret, quibus tributum eſſet, iis tamen rebus exceptis, quae vel in proprietate totius vniuerſitatis manſerunt, vel principes ſibi ita vindicarunt, vt eorum vſus nemini pateret, niſi cui iſtum conceſſerunt. Superuacaneum foret, pluribus argumentis confirmare, quod, ſaltim poſt TACITI tempora, apud Germanos quoque ſinguli ſeparatim res ſuas poſſederint, quum vniuerſa Germanorum iurisprudentia in eo occupata ſit, vt leges praeſcriberet, quibus, cum in conſeruandis vindicandisque rebus ſuis *x*), tum in componendis de proprietate rerum v. c. circa diuiſionem agrorum, coortis litibus *y*) diuidendisque ex aequo communibus agris *z*) ſinguli ciues vterentur, quod fruſtra ſane & ſine cauſſa feciſſent, nulla introducta proprietate, quae ſingulorum

*t*] SCHILTER Exer. ad Pand. IV. §. XIII. not. *b*.
*u*] Elem. Iur. Germ. Lib. II. Tit. I. §. IX. not. * Tom. I. pag. 371.
*x*] Vid. Tit. XXXIX. legis Sal. apud GEORGISCH. col. 78.
*y*] Tit. LV. Leg. Burg. ibid. col. 380.
*z*] add. prim. Leg. Burg. Tit. I. §. 5. ibid. col. 397.

rum esset. Habuerunt igitur Germani perinde ac Romani res *vniuersitatis*, puta praetoria, mallos, curias, fora, aquaeductus & aliquando pascua, siluas, torcularia, molendinas, domus, braxatorias, *Hochzeit und Tantzhäuser a*) cetera; sed possidebant quoque *singuli*, vt sunt singuli res bene multas quas, si, pro parte vel diuisa vel indiuisa, ex bonis vel in bonis plurium essent, ad censum rerum communium relatas fuisse, extra omne dubium esse videtur *b*). Certo etiam certius est, in communitates illas, quae adhuc hodie sub nomine *marcarum* in Wetterauia cognitae sunt, non recentiori demum memoria, sed iam inde ab antiquissimis temporibus plures diuersarum vniuersitatum habitatores villarumque possessores incidisse, ita quidem, vt rebus ad eas pertinentibus, non *vt vni* siue *vniuersi*, sed *vt singuli* pro parte indiuisa vtantur fruanturque.

## §. III.

## ICTORVM SVPERIORIS SECVLI INCVRIA IN EXPONENDO IVRE MARCARVM.

Harum autem communitatum iudiciorumque, quae ad componendas rixas & lites inter socios oriundas, constituta sunt, tanta superiori adhuc seculo apud ICtos, tantum non omnes, fuit incuria, vt ne quidem mentio rei, quam quotidiani fori vsus esse experientia docet, apud aliquem eorum facta fuerit. Praeterquam qnod B. HERTIVS *c*) iudicia forestalia *Forst Gerichte*, a foresto dicta, alibi *Holz Gerichte*,

*a*] HEINEC. c. l. §. IX. pag. 370.

*b*] vid. *Cap. Dagob. siue L. Ripuar.* LXXVI. apud Baluz. Tom. I. pag. 50. vbi *siluae communis* fit mentio. & *Lib. X. LL. Wisigoth Tit. IX.* apud GEORGISCH p. 2128.

*c*] *Differt. de consuet. legib. & iudiciis in special. Rom. Germ. Imp. Reipubl.* §. XXX. *Vol. I. Tom. 2. Opusc. pag. 453.*

*Gerichte*, *Marck Geding*, quique his praefuerunt *Holz oder Wald-grauen* dici, commemorauit, lectoremque ſuum ad SPANGENBERGII *Chronicon Querfurtenſe*, nec non ad AHASV. FRITSCHII *Corpus Iuris Venatorio Foreſtalis* ablegauit, vbi tamen nihil fere aut admodum paululum inuenire potui, quod explicandae naturae ac indoli marcarum inſeruire poſſet, quod tanto magis miror, quanto magis conſtat, inſtrumentum iſtud marcale, quod ſuper Marca Homburgenſi ad montes *vor der Hoehe* confectum & A. MDXVI. Gieſſae typis excuſſum fuit, A. MDLIII. denuo ibidem lucem adſpexiſſe *d*) atque adeo ad notitiam Viri doctiſſimi ſolertiſſimique antiquitatum Germanicarum indagatoris facile peruenire potuiſſe. Neque etiam B. KREBSIVS *in exercitio politico iuridico*, quod paulo ante diſſertationem HERTII emiſſam, Anno ſuperioris ſeculi ſeptuageſimo primo, *de ligno & lapide*, in vicem diſputationis inauguralis, Gieſſae ventilauit, Marcas Wetterauiae attigit, ſed easdem ſilentio plane praetermiſit. Tandem vero, quum ſub initium huius ſeculi exercitium iſtud politico iuridicum incudi reddere, & in forma tractatus *de ligno & lapide* mirifice auctum in lucem edere animum induxiſſet, excerpta quaedam inſtrumenti, quod ad marcam Homburgenſem attinet, ſupra iam allegati, inſe-

*d*] Integer titulus inſtrumenti hic eſt: Inſtrument das iſt Geſchichtbuch und ſchrifftliche Verſicherung, welcher geſtalt die Marck in der Hoehe umb den Feldbergk hero, zuſampt darueber eine beſtaendige Ordnung und Auslegung durch beyde hierinn bemeldte von Kayſerlicher Gewalt offene Notarien und Schreiber warhafftig beſchrieben in dieſe offene Form gebracht und aufgericht iſt worden. Actum Ober Vrſel auf der Avve, am Mitvvochen den vierzehenden Julii nach der Geburth unſers Herrn, Tauſend Vierhundert achtzig und vier, abermahls gedruckt zu Gieſſen bey Joſeph Dieterich Hampeln der Loebl. Vniverſitaet beſtellter Buchdrucker. Im Jahr MDCLIII. vid, etiam von LERSNERS *Franckfurth. Chronic* p. 465. & FRIED. VLRIC. STISSER *Forſt und Jagd Hiſtorie adiunct. lit. G. pag.* 40. ſeq.

inferere visum fuit *e*), adiectis quibusdam obseruationibus ex ordinatione *derer Maercker des Eichelbergs f*).

## §. IV.

## SCRIPTORES NOSTRI AEVI DE MARCIS.

Excitata deinde circa idem tempus Anno nimirum MDCCI. lis inter Dn. Franciscum Adolphum Dietericum L. B. de Ingelheim, qui eo tempore Praesidis, postea Iudicis Camerae Imperialis munere functus erat, & Principem Friedericum Hassiae Landgrauium, cui Homburgum ad montes *vor der Hoehe* paret, de iure venandi in marca Seulbergensi & Erlebacensi *in der sogenanten Seulberger und Erlebacher Marck* ansam dedit scriptis quibusdam, sereniſſimi Principis & Hassiae Landgrauii Friderici Iacobi iussu editis *g*), in quibus petita restitutione in integrum contra sententiam in Camera Imperiali Mens: Nou. A. MDCCXIII. *h*) latam, praeter deductionem caussalium & nullitatum, non pauca continentur, quae ad illustrationem iurium, quibus socii marcarum vtuntur, pertinent *i*). Qui autem data opera materiam de marcis exposue-

*e*] Part. 1. class. 4. sect. 18. §. XVII.

*f*] Est haec communitas inter pagos & villas Lenzenhain, Oberseelbach, auff dieser Seiten der Bach Fritzmuhl, Oberiosbach, Elholden auff dieser Seiten der Bach Niederiosbach, der Hoff zu Heusels vid. KREBS c. l. n. 7.

*g*] Primum scriptum prodiit A. MDCCXIV. sub titulo: Kurtze in notorio, facto & iure wohlgegrundete Vorstellung oder Species Facti in Sachen &c. Alterum vero A. MDCCXV. lucem adspexit sub titulo: Acten maessige grundliche Deduction &c.

*h*] apud LVDOLFF. *Tom.* II. *Sympb. Cam. consult & decis.* VIII. *col.* 450.

*i*] Lectu quoque digna sunt scripta, quae sub initium huius seculi, occasione famosissimae seditionis, qua gens *der Carber Marck in der Wetterau* rustica, optima pleruinque flens & pessima gaudens, contra Castrum Friedbergense, tanquam dominum territorialem, commota fuit, prodierunt, quibus totius concitationis historia non solum narratur, sed praeterea multa specialia ad iuris marcalis cognitionem pertinentia continentur.

posuerit, inde ad Annum MDCCXXVIII. vsque, quantum ego scio, nemo fuit. Quo quidem Anno. die XVI. Decembr. Dn. IOH. GVIL WIEDERHOLD, quum animum ad conscribendam dissertationem inauguralem adiiceret, praeliminaremque Exercitationem de iudiciis & ordinationibus, quae veniunt sub nominibus *derer Maerckergedinge und Ordnungen*, publicae eruditorum censurae in Vniuersitate Argentoratensi subiecit, adiecto ad calcem suisque obseruationibus illustrato instrumento marcali Marcae Homburgensis supra iam laudato, sed, vt ipse fatetur, obiter tandem hanc materiam proposuit, pleniorem accuratioremque tractationem pollicitus. Infrequentia igitur & grauitate huius materiae motus Dn. de LVDOLF *k*) vna cum instrumento marcali, quod super Marca Seulbergensi & Erlebacensi A. MCCCCXCIII. conscriptum fuit *l*) multa quae ad illustrandam hance materiam faciunt, inseruit, plenius vero tandem eandem materiam excussit Dn. Io. IAC. REINHARDVS *m*) & instrumenta quaedam marcalia adiecit *n*). Quandoquidem vero nondum

*k*] *Tom.* II. *symph. part.* I. *Consult. & Decis.* VIII. *col.* 406. seq.

*l*] Titulus est: Marck Instrument der Seulberger und Ober Erlebacher Marck von 17. Martii 1493.

*m*] Tractat: succincta de Iure Forestali edita Francofurti ad Moenum MDCCXXXVIII. in 4. vbi integra Sect. III. de marcis quam plurimis egit.

*n*] Adiunxit is cit. Sect. III. pag. 151. sub *Num. I.* das Maercker Buch ueber die Erbacher, Camberger und Wuergesser Marcke. *Num. II. pag.* 164. Maercker Weisthum ueber den Kaltenholtzhaeuser Wald. *Num. III. pag.* 166. Maercker Instrument ueber die Gaerteshecken. *Num IV. pag.* 170. Weisthum und Ordnung ueber den Wald oder Marck vor Kirburgk. *Num. V. pag.* 180. Weisthum und Instrument ueber die freye Marck Bannscheuer *Num. VI. pag:* 187. Lehnbrieff ueber die Marck des Groseiffer-Scheidts *Num. VII. pag:* 188. Weisungs-Brieffe das Maer-

dum omnibus numeris absoluta est haec tractatio, non omnino inutilem et male consumtam fore operam, quam conscribendae huic dissertationi de *iure* & *iudiciis communitatum*, quae veniunt sub nomine *marcarum* in Wetteravia, impendere animus est, tanto magis sperabo, quanto certius experientia nos docet in rebus antiquis sensim ac pedetentim progrediendum esse, donec tandem, quae multorum seculorum oblivione ac reticentia pene deleta sunt, e tenebris in lucem revocentur.

## §. V.

## MARCA, SIGNVM, LIMES, REGIO, TERRITORIVM DISTRICTVS, SILVA COMMVNIS.

Digredi hic atque euagari tam longe non licet, vt de etymologia vocis *marcae*, cuius crebra fit mentio in Capitularibus Francorum, o) graecaene, an alterius sit originis p), solicitus sim, illud vero silentio praeterire nequeo, non vnius, sed multiplicis esse id verbi significatus. Proprie *signa* notat, quibus camporum fines siue termini

Maerckergeding zu Ober Cleen betreffent *Num. VIII. pag*: 204. Abdruck des Buedinger Waldts-Weisthums *Num. IX. pag.* 215. Maerckergedings-Instrument ueber die Fossen-Helde (siue Fuchsen Hoele) Adiecit porro Dn. Fried. Car. Buri Num. 3. die Wysunge des Meygerichts des Wildbannes in der Dreyeiche &c. In Deductione quae lucem adspexit Francofurti ad Moenum A. MDCCXLIV. sub titulo: Behauptete Vorrechte derer Alten Koeniglichen Bann Forste, insbesondere des Reichs Lehenbahren Forst und Wild Banns zu der Drey-Eich &c. Denique instrumentum Notariale de iure forestarii superioris Landgravio Hassiae contra Nassouios in Marca Bingenheimensi asserto Tom. II. Select. Iur. & Histor. inseruit illustr. Dn. de Senckenberg pag. 437. seqq. & Dn. Stisser in der Forst und Jagd Historie in adi. Lit. D. pag. 23. seq.

o] apud Stephanvm Balvzivm Tom. I. pag. 45. 70. 89. 126. 279. 452. 463. 495. 529. 637. 739. 768. 775.

p] vid. Ioh. Georg Wachter *in gloss. voce Marck* pag. 1045.

mini distingui inter confines coeperunt, ex eo statim tempore, quo agros partiri inter se homines, siue vtilitate inuitati, siue necessitate coacti sunt, quae quidem signa, siue *naturalia*, *q*) siue *artificialia* *r*) fuerunt, sic omnibus sancta esse volebant, vt inuito vicino ea transcendere, pro scelere esset *s*). Vsu vero loquendi obtinuit, vt per denominationem ipsi fines ac rerum termini, nomine *marcarum* veniant, *marck* enim, vel *Gemerck*, item *margu*, *margo*, *marcha* apud veteres scriptores passim pro meta, termino, fine vel confinio vsurpari, HEINRICVS SPEELMANNVS *e*) CAROLVS DV FRESNE *u*) Io. SCHILTERVS *x*) LINDENBROGIVS *y*) & Io. GEORG. WACHTER *z*) testimoniis satis superque adductis ita firmant, vt iis huc transscribendis immorari pigeat. Eadem notio postea a terminis agrorum priuatorum ad terminum agri publici transiit *a*), fecitque haec res, vt limiti-

*q*] Huiusmodi sunt flumina, montes, siluae cetera vid TACITVS *de mor. Germ. cap. XL.* vbi hoc testatur his verbis: *fluminibus aut siluis muniuntur.*

*r*] Ad notas terminorum arte factas pertinent, fossae *Marckgraben*, aggeres *Marckhugel* manu facti, lapides *Marckstein*, arbores signatae *Lag, Loch oder Marckbaeume* vid. L. *Wisigoth.* 3. Lib. X. Tit. III. apud GEORGISCH pag. 2138. siue *Endholtz* in *Adi. Num.* IV. *pag.* 176. apud REINHARDVM & quae plura sunt signa consueta terminalia, quibus iam ab antiquissimis temporibus Germanos vsos fuisse coniicere licet, ex verbis TACITI *de mor. Germ.* cap. XVI. vbi *suam quisque*, inquit, *domum spatio circumdat*, id enim fossis factum fuisse maxime probabile videtur.

*s*] WACHTER c. l. pag. 1047.

*t*] in *glossar. Archaeologic.* pag. 398.

*u*] *in gloss. ad Script. med. & infim. latin. Tom. IV. edit. nouiss.* pag. 515 seq.

*x*] *in gloss. Alamann. Tom. 3. thes. antiquit. Germ. p.* 569. *seq.* add. BESOLD. *thesaur. pract.* voce *Marck* & voce *Marggraff.*

*y*] *in gloss.* voce *Marcha.*

*z*] *in gloss. c. l. pag.* 1048.

*a*] Rhytmice hunc significatum sic exprimit RUDOLPH *von* EMS *in paraph. vet. Test.* apud SCHILTER c. l. pag. 572. & BESOLD. voce *Marck*

Des landes marche vahit an zue dem Gebirge Caucasus, diu ander Sunder

mitibus, quibus regna principatusque circumscribuntur, nomen *der Landmarcken*, apud Alamannos *Landwehren b) Landgraemtzen* vel *Graentzen c)* haeserit *d)*. Nam *marca* & *marcha* limes seu finis cuiusque regionis est *e)*. Porro sensus rectus vocis *marck* saepissime in obliquum sic deflectitur, vt per metonimiam adiuncti pro re signata sub limite regionis, der *marck* siue *march* vel *Landmarck*, *Landwehr*, ipsa regio limitanea intelligatur, vt amplissima etiam territoria & prouinciae limitaneae, seu quatenus imperiorum fines sunt, marcae *f)* & qui his custodiendis tuendisque ab hostium incursionibus praefecti fuerunt, duces, comites & praesides, latino-barbare *Marchiones g)*, in vernacula *Marck* siue *Marggrafen* dicantur *h)*; potissimum autem obseruanda est notio, qua districtum pagi, siue territorii vel prouinciae suis

Marche was, das Rote meer dar gat sin Strich und scheidet in der *Marcke* sich.

*b*] GOLDAST. *Tom. I. Rer. Alam. p.* 254. & *Thes. pract.* voc. *Marck.* eadem notio in his quoque terris incognita non est, nam vicus in confinio Landgrauiatus Hassiaci inde *Landgraben* vel *Landwehrhagen* dicitur.

*c*] Licet vox *Graentzen* perinde, vt limites apud scriptores latinos notione vulgari ad priuatos quoque agros pertineat, in vero tamen sensu regnorum duntaxat ac principatuum terminis quadrare, atque adeo contentione wegen der *Graentzen* & de iure inde dependentibus suborta, non inter priuatos, sed dominos rem agi, conclusum fuit. apud GYLMANN *Tom.* II. *Symph. Part.* I. *Vol.* XIIX. *n.* 28. *fol.* 123.

*d*] Hac notione montes Pyrenaei explicite *marca* seu limes Hispaniae vocantur Lib. III. capit. LXXIV. apud BALVZ. Tom. I. capit. Reg. Franc. pag. 768.

*e*] IAC. SIRMOND *in not. ad capit.* apud Baluz. *c. l. Tom.* II. *pag.* 803. in vernacula hi limites pluribus nominibus compositis insigniri solent: *Ampt-Feld-Fluhr-Forst-Gerichts-Haus und Hoff-Graentzen* vel *Gemarckungen* vid. IAC. BRVNNEM. *diss. de iur. lim. prouinc. cap.* I. §. 15.

*f*] vid, SPELMANN. *in gloss. pag.* 398. WACHTER *c. l. pag.* 1048.

*g*] SIRMOND *in not. ad capit. c. l.*

*h*] Alii a mari, quod plerique limites mari alluantur, alii a *march* equus, quasi equi-

suis limitibus determinatum siue maiorem, *i)* siue minorem, pluriuum diuersarum vniuersitatum, oppidorum, pagorum, viculorum & villarum, vel vnius aliquando oppidi *k)* indicat, aut ipsa etiam pascua aquas & siluas *l)* ad districtum limitatum pertinentes denotat, quum enim siluae perindae vt montes & flumina saepissime limitum instar habeantur *m)*, facile est adintelligendum, cur adhuc hodie siluae, in quibus obtinet *das Maercker-Recht*, marcae vel *Marcke n)* vel etiam commarcae, commarchae aut commarchiae Gallis *commarque* ad-

equitum magistros dictos esse putant, sed rectius nomen Marggrauiorum a voce Marck deriuatur. vid. WACHTER *in gloss. pag.* 1049. HERT. *in not. Regn. Franc. vet. cap.* V. §. XXIII. *Vol.* I. *Tom.* II. *opusc. pag.* 403. seq.

*i*] Notissimus est hoc nomine tractus terrae in Wetterauia nobilis, qui a nexu clientelari vocatur *die Fuldische Marck* in der Wetterau, quid? quod integra Wetterauia videtur sub nomine marcae pagi Hassiaci venisse. Sic enim in *tradit. Fuld.* apud PISTOR. Tom. III. pag. 636. haec leguntur verba: *Ego Bosso &c. trado ad monasterium S. Saluatoris quod situm est in pago Grapfeld in* VUETEREIBONO *marcu quicquid mihi gloriosus Rex donauit Arnolfus, in pago Hasageuue & Vueterungu marcu.* vid. HERT. *not. vet. Germ. popul. part.* II. *cap.* II. § IX *Vol.* II. *Tom.* I. *pag.* 88.*** Sed *Vueterungu marcu*, cuius hic mentio fit, est *Wettringen* inter Lauringen & Friesenhausen in pago Grabfeld v. Chr. Gottw. p. 613. 623. imo apud SCHANNAT *in corpor. tradit. Fuldens. N.* DXL. *p.* 218, verba VVETEREIBONO MARCV non leguntur, praeteraque certissimum est, Wetteraviam non *marcam*, sed *pagum* apud scriptores medii aeui dictam esse vid. BERNHARD. *Antiq: Wetter:* lib. II. cap: 4 §. 13. p. 150.

*k*] Sic accipitur in diplomat: Bertholdi Comitis de Henneberg apud KVCHENBECKER *in analect: Hass: coll.* I. *p.* 140. vbi voluit donator, *quod ante dicti Canonici, gaudeant pascuis, aquis, pratis dictis meinckè pro animalium suorum pastura & sectione lignorum &* MARCHIA *dicti oppidi &c.* & paulo post, *item addicimus, quod Canonici dicti collegii, si quae bona immobilia propria in* MARCHIA *dicti oppidi Schmalcalden dicta &c.*

*l*] vid. WACHTER c. l. 1048.

*m*] vid. *not. praec.*

*n*] Probatur hoc dilucidissime ex Charta Henrici Landgrauii Hassiae, inqua explicit:

adpellentur, si quidem in plurium diuersorum regionum siue territoriorum finibus sitae sint *o*).

## § VI.

## WETTERAVIAE DIVISIO IN GENERALEM ET SPECIALEM ET DE MARCIS WETTERAVIAE SPECIALIS.

Cultissimus & fertilissimus regionis tractus Wetterauiae cognominatus ab exiguae scaturiginis riuulo *Wetter*, qui prope *Wetterfeldum* vicum in ea comitatus Solmensis parte, quae illustrissimo comiti in Laubach paret, fontes habet & ad oppidum Assenheim in Niddam effunditur *p*) nomine *pagi q*) *Vuetereibae*, *Vuetareibae* cetera, *r*) maxima olim celebritate floruit, sed non eadem significatione. Nam apud scriptores medii aeui non infrequens fuit, vt sub nomine pagi Vueterabae pagum maiorem, siue totam *prouinciam s*) vel *regionem t*) intellexerint, qui in plures pagos minores diuisus fuit. Est itaque pa-

plicite mentio fit, *nemoris*, quod vulgo *de Marck* dicitur, apud KUCHENBECKERUM *in anal. Hassiac. collect.* XI. pag. 96. add. instrum. forestale Landgravii Hassiae superioris in marca Bingenheimensi apud SENCKENBERG. Tom. II. *Select. Iur. & Histor.* p. 447. vbi dicitur, dass die *marck* ungefehr zweymahl gantz und gar ausgehauen.

*o*] Sic oppidum in trium finibus regnorum positum commarca vel commarchia, commarchiani autem dicuntur, quorum marchiae vicinae sunt apud DU FRESNE Tom. II. col. 834.

*p*] vid. BERNHARD *antiq. Wetter. lib.* II. *cap.* V. §. 2. p. 149.

*q*] vid. *tradit. Fuld.* apud PISTOR *Tom.* III. p. 639. *num.* CCXLVII. *in pago Vuetereiba* & p. 640. *num.* CCXLVIII. & *in pago Vuetareiba situm.*

*r*] vid. BERNHARD c. l. §. 1. pag. 148.

*s*] vid. *trad. Fuld. apud* SCHANNAT *num.* DCXVI. p. 258. Hildeberc in *prouincia* Vueterebia vid. BERNHARD. c. l. §. 1. p. 148.

*t*] in Cambio inter comitem Stephanum & Abbatem Huogge: *locum qui consistit in regione Vuetareibu nomine Salzaha apud Pistor. Tom.* III. p. 637. & SCHANNAT l. c. *num.* DXLII. *pag.* 220.

pagus Wetterauiae *Wettergouue* alius *generalis*, alius *ſpecialis*; ille ab occaſu Rheno & poſſeſſionibus, quas Archiepiſcopi & Electores Colonienſis ac Treuirenſis ad Rhenum habent, a meridie via montana *die Bergſtraſſe* dicta, Spesharti & Ottonis ſilua, vulgo *Oden-Wald*, ab ortu Franconia & veteri Buchonia ſiue Boconia, *u*) a meridie Moeno fluuio, ab Aquilone Lano & pago Heſſengouue cis & trans Lanum terminabatur *x*) comprehendens praeter ciuitates Imperiales Gelnhuſam, Friedbergam & Wetzlariam *y*) terrasque nobilium dominorum in Eppſtein, Munzenberg, Runckel, Wisbaden & Ortenberg comitatum ſuperiorem & inferiorem Catimelibocenſem, Budingenſem, Iſenburgenſem, Hanouienſem, Naſſouienſem, Diezenſem, Wiedenſem, Weſterburgenſem & Koenigſteinenſem, *z*) nec non ſiluam *die Dreyeiche a*). Quibus autem limitibus pagus *ſpecialis Wetterauiae* circumſcriptus fuerit, determinare per quam difficile eſt. Mihi, pro inſtituti ratione ſufficere poterit, illud certiſſimum eſſe, communitates illas marcarum, quarum iura potiſſime expoſiturus ſum, in eo diſtrictu

*u*] dicta quoque *Bocauna*, *Buochunna* & *Pochunna*, olim Franciae Orientalis ſolitudo vaſtiſſima, patrimonium Sancti Bonifacii, cuius ſacrum corpus in monaſterio Fuldenſi, cui Abbas & Imperii Princeps praeeſt, requieſcere creditur. vid. SCHANNAT *in Buchon. vet. cum ſuis continuis cap.* I. *pag.* 359. *ſeq.*

*x*] vid. BERNHARD. *Antiqu. Wett. lib.* II. *cap.* V. §. 4. p. 151.

*y*] Francofurtum quoque adnumerat DILLICH *in Chron. Haſſiac.* pag. 51. quem propterea craſſiſſimi erroris accuſat BERNHARD cit. §. 4. *in fin. pag.* 153. & *L.* II. *cap.* VIII. §. 3. p. 178. ſeq. vbi ex *tradit. Fuldenſibus* pag. 125. probat Francofurtum ad pagum Nithenſem referendum eſſe.

*z*] vid. LUCAE *im Fuerſten-Saal* pag. 244.

*a*] vid. Auctor *Deduct. Summar. Iſenburgenſis de* A. 1619. qui prouocat ad documenta & literarum inueſtituras de A. 1129. 1256. 1273. & 1319. ex quibus dilucidiſſime probari poſſit, hanc ſiluam cum pagis in ea comprehenſis partem Wetterauiae fuiſſe, primum quoque, quod Auctor hic excitauit documentum, edidit illuſtr. Dn. KOPP. *tract. de inſigni differentia inter comites & nobiles immediatos* p. 362.

ſtrictu eſſe, qui olim relatus fuit ad pagum Wetterauiae ſpecialem in plures marcas diuiſum *b*) huicque conterminum Nithenſem ſiue *Nitgewe*, *Nithegowe*, *Niedegowe*, qui non a fluuio *Nidder* veteribus *Nithorn* *c*), ſed a *Nitha* ſiue *Nidda* nomen accepit *d*), quae quidem marcae a certis locis nominabantur, ſed earum terminis plures quam vnius loci diſtrictus continebantur. *e*) Ex his quae Caſtro

*b*] Quemadmodum non tota quidem re, numero tamen captus eſt Dn. de Lvdolf, quandoquidem *Tom.* II. *Symph. part.* II. *conſ. & deciſ. forenſ.* VIII. *col.* 400. tantum tres marcas in Wetterauia eſſe putauit, cuius verba, quibus hunc numerum prodidit, haec ſunt: *dergleichen diſtrictus und marcken ſind in der Wetterau, ſo viel ex actis bekandt drey.* 1) *die hohe Marck Homburger marck alias Urſeler Marck*, 2) *die Seulberger und Erlebacher Marck*, 3) *die Eichelberger Marck.* Sic alio errore captus eſt Dn. Io. Iacob. Reinhard *tractat. de iure foreſt. germ. ſect.* III. §. 1. pag. 123. dum ſibi aliisque perſuadere voluit, marcas huiusmodi nusquam alibi, quam in Wetterauia finitimisque quibusdam regionibus inueniri. Contrarium enim adparet, aus der Beſchreibung des Holtzgerichts zu Osnabruck. apud FRIED. VLRIC. STISSERVM *Forſt und Jagd Hiſtorie der alten Teutſchen in add. lit. E. pag.* 36., nec non in extractu ordinationis Iudicialis Epiſcopatus Monaſterienſis *part.* III. *tit.* IV. ſeq. apud eundem *c. l. lit. y y. pag.* 109. ſeq.

*c*] vid. Ebirhard. monach. in *ſummar. veter. trad* apud *Schannat.* p. 297. iuxta fluuium *Nitorn.*

*d*] huius pagi mentio fit in *Tradit. Fuld.* apud *Schannat.* pag. 129. verbis *Nithegowe ſuper fluuium Nitha*, qui trans Niddam Francofurtum & praefecturam Hannouienſem *Bornheimer Berg* dictam continebat, inde ab ortu conterminus fuit pago Wetterauiae ſpeciali, cis Niddam vero eo excurrens, quo fluuius Wetter in Niddam influit, vnde porro ad Rhenum vsque extendebatur, vbi Nidda in Rhenum ſic effunditur, vt vrbem *Hoegſt* in territorio Moguntinenſi & pagum Nidda dictum ſcindendo dividat. Vid. Ebirhard Monachus in ſum. veter. tradit. Cap. III. N. 29. apud Schannat, pag. 295. ad hunc pagum referuntur Aſchebrunnen hodie Eſchborn, *Berge* ſiue *perce*, *Bonames* ſiue *Bomes*, *Caltebach* hodie *Calbach*, *Horaheim* cetera vid. Bernhard ant Wett L. II. c. VIII. §. 3. p. 178. ſeq.

*e*] Patet hoc ex donatione Rutheri, qui tradidit S. Bonifacio in Vuetereiba in *Rodoheimere* marca in villa *Suabilebeim* praedia & familiam ſuam apud EBIRHARDVM Monachum Fuldenſem *in ſummariis trad. vet. cap.* III *n.* 79. *apud* SCHANNAT *p.* 297.

Caſtro Friedbergenſi adiacent, fere ſunt hae: *Rodheimere* marca, hodie *Rodheim*, *Ahalſtat* vel *Albunſtat*, hodie *Altſtadt* ſiue *Altenſtat*, *Rotunbach*, hodie *Rotenbach bey Altſtadt*, *Erelbach* hodie *Erlebach*, quae & *Seulbergenſis* dicitur, *Hildeberg* hodie *Heldebergen*, *Phetruilere* marca, hodie *Petterweil*, *Lintheim*, *Oſtheim*, *Hohenſtad* hodie *Hochſtad*, *Orbaha*, hodie *Urb*, *Buningheim* hodie *Bingenheim*, *Echzilla* hodie *Echzell*, *Budenesheim* hodie *Budesheim*, *f*) addi poſſunt *Aschabacher* marca cum Treiſe, *Birchenlare* marca, hodie *Birckenlar*, prope vrbem *Lich*, verſus *Muschenheim*, *Bodespach*, *Butespacher* marca, hodie *Butzbach*, *Gredila*, *Gredwilere*, *Greduller* marca, hodie *Gridell* prope *Butzbach* *g*), marca *Moerlauienſis* *h*), *Carbenſis* *i*), *Homburgenſis* cetera.

§. VII.

*f*] vid. BERNHARD *in Ant. Wetter lib.* II. *cap.* V. §. 6. *pag.* 153. ſeq.

*g*] vid. *Chron. Gottw* Lib. 4. pag. 851. & 852.

*h*] Hujus marcae mentio fit in diplomate de A. 1336. apud Dn. de SENCKENBERG *in ſelect. Iur. & Hiſt. Tom. I. dipl. XV.* quo Imperator Ludouicus IV. Gotfrido ab Eppſtein Aduocato Prouinciali, Burggrauio & Caſtrenſibus in Fridberg defenſionem foreſti Imperialis prope dictam ciuitatem committit his verbis: Wir Ludewig &c. veriehen uffenlichen an dieſem Brieff, das Wir dem Eteln Manne Godfriden von Eppinſtein unsme lieben Langtfaut und ſinen Erben unſern Burggraffen zu Friedde-berg der izund iſt, oder fuerbas wirt und den Burgmannen gemeinlichen daſelben, unſern und des Riches Wiltpannen emphalen haben, das ſie den Hein beſchirmen und bewahren ſollen, als ſie ſich des uns und dem Riche verantwurten vvollent nach den *Gemercken* und Zyelen als hernach geſchrieben ſtat: von erſte von der Spitale Bruecke an der Uſe zu Frieddenberg uff bis an Kengauers Muelen dye da lieget hinder der Kochart und ueber die Uſe als ferre als *Murle Margke* ervvindent, vor der egenanten Molen den Sybingraben uff an den Loch zuſchin Wieſenbeckire Marcke und Vſinger Margke und mitten ueber das Geſteg &c. vid. etiam Dn. Fried. Vlr. STISSERS *Forſt-und Jagd-Hiſtorie der Teutſchen in adiunct. lit. V. pag.* 66.

*i*] Huius villae mentio fit apud EBIRHARDVM *Mon. Fuld. in ſumm. trad. vet. n.* 16. *pag.* 295. & *in Chron. Gottwic. Lib.* IV. *pag.* 710.

## §. VII.

## ORIGO MARCARVM IN WETTERAVIA.

Enimuero quum omnis marcarum memoria ſic ſenſim obſcurata ſit, vt pene euanuerit, certum temporis momentum, quo Wetteravia in marcas diuidi coepit, determinare per quam difficile fuerit, ſaltim certi quidquam adſerere non auſim. Quoniam tamen de rebus antiquis & caligine tectis coniecturam facere licet, ego quoque, quid mihi videatur, ex ſuſpicionibus haud inueriſimilibus coarguam. Quod autem maxime veritatis ſpecie me mouet, vt ſtatuam, ſenſim & pedetentim has communitates ſubnatas eſſe, hoc eſt, quod pro certo putem, ad Wetteraviam quoque pertinere, quod TACITVS *e*) de vniuerſa Germania: fuiſſe eam *informem terris, aſperam coelo, triſtem cultu aſpectuque: in uniuerſum aut ſiluis horridam aut paludibus foedam*, memoriae prodidit. Iam vero, quia homines coniugum & liberorum & familiarum ſuarum cauſſa frumentum condunt & quidquid labore & induſtria ſua efficiunt ſibi proprium eſſe volunt, vix probabile eſt, primos regionis huius incolas, quorum numerus ab initio minor fuit, quam vt vniuerſum ſolum occupare, ſiluas exputare & in eo ſerere neceſſe habuerint, amplius terrae inhabitabilis & incultae ſpatium, quam quod omnium vſibus ſufficeret, proprium ſibi tenere ſeruareque voluiſſe, ſed ſucceſſu temporis, quum ab exiguis initiis numerus habitatorum in dies creſceret, eo tandem res deducta videtur, vt quod primus quisque occupaſſet, aut communi reliquorum conſenſu facta diſtributione terrae, ipſi tributum eſſet, priuata terminatione diſtingueretur, ſicque vnusquisque haberet, ex quo ſe ſuosque nouam licet ſobolem genituros, abunde alere poſſet. Porro illud quoque vero

*e*) Hiſtor. ll. 8. & IV. 73. nec non de M. G. cap. ll. & cap. V.

vero videtur haud inconsentaneum esse, quod, aucto pro multitudine familiarum numero habitatorum, in quolibet districtu singula cuiuslibet nouae familiae capita, mortuo priore possessore, ex communi hereditate non plus ad vsus suos transtulerint, quam quod satis esset, vt ex eo suae suorumque necessitati prospicere quirent, relicto in communione, in quam nullo licet tractatu habito inciderunt, reliquo patrimonio, vt esset omnium, *vt sunt singuli*, proprium. Qua quidem ratione factum fuit, vt cuiuslibet districtus proprietas sic penes omnes eius incolas esset, vt in eo dominium haberent pro parte vel diuisa vel indiuisa, postquam vero ex praediis, quae initio singuli colebant, *discreti ac diuersi*, *vt fons*, *vt campus*, *vt nemus placuit f*), natae sunt vrbes, oppida, pagi, vicique frequentiores *g*), facile perspicitur ratio, cur ad communitates Marcarum in Wetterauia pertineant plura oppida, pagi, viculi, villae & praedia seorsum exstructa, quorum habitatores quaedam vt *vniuersi* sunt, alia *vt singuli sunt*, sibi propria fecerunt, pro parte diuisa, alia vero & potissime nemora, pascua cetera, in communione pro parte indiuisa reliquerunt.

## §. VIII.

## IVRIS INTER SOCIOS MARCARVM DEFINITIO ET ORDO DICENDORVM.

Quandoquidem igitur plures marcae cuiuslibet in Wetterauia incolae in communionem quandam inciderunt, atque etiam nunc in omnibus, quae hoc tempore superstant marcis, in eam incidunt, quotquot in aliqua earum domicilium suum constituentes legibus communibus

*f*] TACITVS *de Mor. Germ. cap.* XVI.
*g*] vid. HEINECC. *Lib.* I. *Elem. Iur. Germ. Tit.* V. §. XCIX seqq.

nibus ſeſe ſubiiciunt, ad rem ipſam propius accedendum & cuiusmodi ſit ius illud, quod ex illa communitate oritur, explicandum eſt. Ius autem, quum PAVLO docente *h*), pluribus modis dicatur, de diverſis vocabuli huius notionibus dicendum eſſet, niſi hanc operam in ſe ſuſcepiſſet Illuſtris DN. GEBAVERVS *i*), qui omnium optime rem ſic explicuit, vt ad liquidum perduxerit *ius* praeterquam, quod pro arte iuris, ſiue pro eo, quo diſcitur *k*) ſumitur, & *locum* etiam, in quo ius dicitur, ſignificat, denotare vel ius quod redditur, vel magis proprie ius *de quo*, *aut ſecundum* quod redditur. Quodſi igitur per ius marcarum illud intelligitur, de quo ius redditur, recte mihi definiri videtur. Facultas moralis certo modo limitata, ſub regimine quodam, plurium oppidorum, pagorum, viculorum, villarumque, ſeu praediorum ſeorſim exſtructorum habitatoribus, *vt ſinguli* ſunt, competens, de rebus ad marcam pro partibus indiuiſis pertinentibus, diſponendi atque emolumentis inde fluentibus fruendi, iuris praeterea dicundi, mulctandi, pignorandi, puniendique ſecundum marcales leges, quod contra has commiſſum eſſe adparet. Quae quidem definitio, quum vberiori explanatione & enodatione egeat, id nunc mihi ſedulo agendum videtur, vt expoſita origine iuris marcalis, *de quo* & *ſecundum quod* illud ius redditur, quae ad regimen marcarum pertinent, proponam; mox ſociorum marcalium iura, emolumenta & onera recitem, denique iudicia ipſa, modum pignorandi & puniendi delicta, in medio ponam; poſtremo addendo quaedam de abuſibus harum communitatum, modisque eas ſoluendi diſſeram.

§. IX.

*h*] *L.* II. *D. de iuſtit. & iur.*
*i*] *Diſſ. de iuſtit. & iure* §. VI. ſeq.
*k*] Illuſtr. Dn. GEBAVER *c.* l. §. IX.

## §. IX.

## ORIGO IVRIS MARCARVM DE QVO IVS DICITVR.

Quanquam autem ex ſupra dictis *l*) adparet, ex eo, quod in rerum communitate plures, *vt ſinguli* ſunt, ad emolumenta concurrunt, ex neceſſaria conſequutione, vt DN. de LVDOLF *m*) & DN. IO. IAC. REINHARDO *n*) viſum fuit, *condominium* quoddam minime confici; quia tamen ſecundum naturam eſt, vt res cuique propria commodet & ſeruire res dicatur, ſi extra vſum naturalem & ordinarium alii commodum adferat, omnino hoc modo ſe res habet, vt in dubio dominium ſiue proprietas tribui debeat, quotquot ſunt in marca, ad quam res communis pro parte indiuiſa pertinet, donec vnus ſociorum, qui ſibi ſoli proprietatem eiusdem vindicat, quo id probet aliunde adferat. Quod enim in quibusdam inſtrumentis marcalibus *o*) explicite



*l*] §pho. I. in fin.

*m*] *Tom.* II. *Sympb. part. I. conſ. ac decis.* VIII. vbi *col.* 421. ex vſu communi ſilvae incolis *der Seulberger und Erlebacher Marck* competente, iurisdictionis communione, vſu & fruitione communi venationis competente, non male colligi putat, condominium ſiluae pro indiuiſo incolis *der Marck* competens.

*n*] *de Iur. Foreſt. Germ. Sect.* III. §. II. pag. 124. ſeq.

*o*] Factum hoc eſt in inſtrumento ſupra §. III. not. *d.* allegato ibi: Zum erſten daſs die Marcke der obgeſchriebenen Doerffer und Maercker *rechtlich* EIGEN ſey. Nec non in libro Marcali ueber die Erbacher, Camberger und Wuergeſſer Marck de A. 1421, vbi Marcani demonſtrarunt has marcas fuer drei *eigen* Marck apud REINHARD c. l. pag. 158. & ne quis putet id de marcanis ſuperioribus *Ober-Maercker* intelligendum eſſe, in inſtrumentis ad calcem huius diſſertationis adiectis crebra fit mentio derer Maercker *gemeiniglich* vid. REINHARD l. c. §. II. pag. 124. recte igitur Ada-

cite dicitur marcae proprietatem ad omnes ſocios pertinere, cautio eſt, qua ſocii aliquando ſibi proſpicere voluerunt, metuentes, ne cauſſa eorum deterior fiat, cuius omiſſione effici nihil poteſt, quod aliis ius ſuum, ex natura condominii fluens adimere poſſit, quoniam pro eo ſtudio, quod homines in rerum ſuarum conſeruationem habere experientia teſtatur, nulla ſpecie veritatis exiſtimari poteſt, voluiſſe eas tacite abalienare quidquam ex poſſeſſionibus ſuis, neceſſitate etiam nulla cogente *p*). Iam vero quum communis ſiue condominii idem ſit effectus liberrimae diſpoſitionis de re ad plures, vt ſinguli ſunt, pro parte indiuiſa pertinente, qua quilibet circa rem ſuam vtitur *q*), cui ſoli proprietas quaeſita eſt, recte ex eo efficitur, licuiſſe cuilibet ſociorum ex marca communi pro parte indiuiſa ad vſus ſuos transferre ſibique ſoli ſeruare ac tenere, quod libitumfuit, quousque facultatem iſthanc liberam pacto vel legibus reſtrictam fuiſſe, argumentis idoneis probari non poteſt.

## §. X.

## ORIGO IVRIS MARCARVM SECVNDVM QVOD IVS DICITVR.

Quod vero dudum experientia porro docuit, naturale vitium eſſe, negligi quod communiter poſſidetur atque ſaepius homines ſe nihil habere, qui non totum habeant, arbitrari, denique ſuam quoque partem

Adamus Erckel dictor Marcae Bingenheimenſis Ao. 1554. conſtitutus reliquos marcanos monuit, his verbis: dann es gehe ſie aller ſo wohl als inen an, damit er je, wie es von alters her und bey irem gedencken gehalten ſei worden, rede und an tag pringe apud SENCKENBERG *tom.* II. *ſelect. iur. & hiſtor.* pag. 443.

*p*] L. 25. D. de probat.
*q*] L. 21. c. Mandat.

tem corrumpi pati, dum inuident alienae, qua eleganti oratione pessimum hunc multorum hominum morem complexi sunt Impp. Theodosius & Valentinianus *r*), id quoque in communitatibus marcarum euenisse nullum est dubium. Quamobrem mirum nemini videri debet, ex eo inprimis tempore, quo incolarum numero aucto exstirpatisque, quibus olim Wetterrauia consita fuit arboribus, paulatim lignorum copia minui coepit, plures marcarum socios in id maxime intentos fuisse, vt competentem ex regula cuique domino liberam disponendi facultatem certis iustisque finibus circumscriberent limitarentque, ne, quod plerumque in rerum communione fieri solet, singuli sociis commune patrimonium tanquam corrumpendi occasione captata, vniuscuiusque rei particulam vindicando, adeo effunderent ac dilacerarent, vt, dum participibus communis rei nocere cupiebant, sua quoque iura praecipitarent *s*). Quod quidem deficientibus legibus publicis medendis huiusmodi incommodis refrenandaequae nimiae licentiae idoneis, alia ratione, quam prouida ipsorum sociorum dispositione effici non potuit. Sed quum maiores nostri ex more ac consuetudine illorum temporum, quibus Wetterauia in marcas diuidi coepit, nihil fere annalium monumentis proderent, alia ratione cauendum fuit, quo sempiterna eius, quod communi consensu semel placuit, conseruaretur memoria; Stato igitur tempore, ne tenebris vetustatis id opprimeretur, legitime munito ac septo iudicio, *nach geheegtem*

*r*] L, 2, C. *quando & quib. quar. pars*, idem probat paroemia Germanica: *Gesambt Gut, verdambt Gut,*

*s*] vid. cit. L. 2. C. *quando & quib. quar. pars.* Ad eum finem iudicia marcalia instituta fuisse, patet ex instrumento marcae Dieburgensis de A. 1429. vbi Marcani conuocati dicuntur, ein gemein Maerckerdinge zu halthen *umb haege und Nutzbarkeit willen* der obgeschriebenen Marck die zu bestellen in hutten zu halten, *als ihre dan wohl noethig waere.*

*heegtem Maerckergedinge* *t)* ex incolis marcarum *der Maercker* ſeniores *u)* demonſtrarunt enunciaruntque *x)* quid iuris ex antiquiſſima obſervantia *y)* in marca ſinguli haberent marcani. Quae autem hoc modo

*t*] Munitionem iudicii praeceſſiſſe ipſas demonſtrationes & enunciationes marcanorum, patet ex omnibus inſtrumentis marcalibus vid. inſtrumentum not. praec. allegatum. Verbis: Alſo haegte der Gentgraff vor genand das Maerckergedinge & zu Stund giengen die Maercker gemeiniglich off an ihr Geſpraech &c. Idem videre licet ex inſtrumento marcae Rodheimenſis in adp. Num. 1. pag. 1. ibi: Und hegten und beſaſſen ſamptlichen ein ungebotten Rodheimer Maerckergeding und weiſten und ſetzten zu recht &c. add. Adiuncta apud REINHARD. *de iure Foreſt. Germ. Sect.* III. pag. 157. ibi: Item, zu dem erſten han die Maercker das Maerckergeding gehegt &c. Item han die Maercker geweiſt. Et *adiunct. Num* II. pag. 164. Item, zo dem erſten han ſie das Maerckergeding geheget &c. Item hat der Maercker geweiſet &c.

*u*] Teſtantur hoc inſtrumenta apud REINHARD: *Num.* I. *pag.* 163. Dieſes vorgeſchriebene hant die *Elteſten* geweiſt die ietzund leben in den dreyen marcken, als das von altem an ſie kommen iſt und von denen *Elteſten hant hoeren* weiſen und wollent daz wahr machen vvie man ſie weiſet, wann man ſie des nit erlaſſen vvill. Et apud WIEDERHOLDT p. 43. vbi marcani iuratam demonſtrationem ideo recuſarunt, quod ſeniores omnes mortui eſſent, addita ratione: als ſie bedeucht ihnen ſolch eyd zu thun faehrlich, angeſehen und zu vielen Jahren eins Waldboten Herrlichkeit der Marck-Recht und Ruge nicht geweiſt worden, und *der Alten*, die das mehr geſehen und gehoert haetten, gar vvenig im Leben und der mehrer theil *jung* zu kommene Leute vveren, ſie vvolten aber als fromme Leute ſo viel ihn von den Alten kund gethan und ihn ſelber ungefaehrlich vviſſentlich vvere &c.

*x*] Hinc vetus paroemia: Der Schoeff vveiſet das Recht. apud HERT. *Epidipn. paroem. Vol.* II. *Tom.* II. *n.* 39. *pag.* 479.

*y*] Ad hanc vbique marcani in enunciatis ſuis prouocant vid. Adiunct. Num. I. pag. I. Der Marckh Recht unnd *Herkommen* helffen zu behalten & Adiunct. Num. II. pag. VI. Und hies ſie vveiſen der Marck *alt Herkommen* Gevvonheit und Recht, pag. VII. Und ſprachen es offentlich aus das *alt Herkommen* Gevvonheit und Recht der Altſtatter Marck ſey &c. vid. pag. IX. XII. & XIII. add. Inſtr. marc. Homburg. apud WIEDERHOLDT

do ab incolis marcarum, praehabita inter eos matura deliberatione, z) de iure marcarum interrogantibus ac consulentibus in sollemni iudicio data

HOLDT pag. 35. ibi: Daselben man nach *altem Herkommen* und Gevvonheit das Maerckergeding haeget. Et Instr. marc. Seulberg. & Erlebac. apud Dn. de LUDOLF *Tom.* II. *Symph. Part.* I. *conf. ac decis.* VIII. *col.* 407. Das Marckgeding zu hegen vvi sichs gebuehret und von Alters herkommen vvaere &c. der gemeinen Marck zu vveisen ihre Rechte vvie von Alters herkommen ist. Et col. 408. Da hatt der Landmann einmuethieglich auff ihren Eyd mit Recht und alt Herkommen gevveist und erkant. Add. Adinnct. Num. VII. apud REINHARD. pag. 198. Auch bekennen vvir obgenante Gemein, das diese obgeschriebene Weissung unser Aeltern und Fahren von vielen Jahren auff unss bracht und so gehalten haben &c.

z] Ex interuallo demum & non actutum interrogatos ruricolas & quidem non omnes coniunctim, sed constituto Dictore, qui nomine omnium verba faceret, responsa sua dedisse, videre licet ex Adiunct. Num. II. pag. VII. Also gieng der genante Dolte mit den Maerckern hinaus in ihre Gespraeche und quamen daher vvieder und vveisen do uff ihr Eyd und genanter Dolte sprach es offenbahrlich aus, das alt Herkommen und Gevvonheit &c. Et Instr. Notar. apud Illustr. Dn. *de* SENCKENBERG *Tom.* II. *Select. Iur. & Histor.* pag. 442. vbi legitur: Und sie haben uff eine jede Frage iren Abdritt und Bedencken genommen und auch uff einen jeden Articul, durch einen alten bescheidenen man Adam Erckel vvonhafftig zu Daurnheim vvelcher ueber dreyssig Jahr marckmeister gevvesen Antvvort einpringen und geben lassen, und hat mehrmals gedachter Adam zu den andern allen mit denen er sich bedacht, geredet und sie erinnert uff sein Wort acht zu geben und so er anderst sagen oder reden vvuerde, vvollt er sich vveiter mit ihnen unterreden, und es also vvie sie inen bescheiden vvurden furtragen. Add. der Weisthum ueber die freye Marck Bannscheur, item ueber die Fossen Helde, apud Dn. REINHARD Num. V. & IX. pag. 182. & 216. vid. Dn. CHRIST. HENR. ECKHARD. *Comm. de interrogationibus in iure apud Germanos* §. XXX. & Dn *de* LVDOLF *observ. for.* CCXLV. Simile quid etiam deprehendimus in diplomate des freyen Adelichen Gerichts Wahlingen apud Dn. CHRIST. VLR. GRVPEN *Discept. for.* pag. 844. seq.

data fuerunt reſponſa, ab ea re *Weiſthuemer a*) adpellari atque iam inde a ſeculo XIV. *b*) per Notarios litteris publicis conſignari conſueuere. Quo quidem iure, ſublato licet circa medium ſeculi XVI. ſollemni iſthoc enunciandi ritu *c*), etiamnunc communitates Marcarum vtuntur, neque cuiquam ſociorum, re communi alio modo vti fruique, permittitur, quam qui ab antiquiſſimis temporibus, huiusmodi demonſtrationibus praeſcriptus determinatusque fuit.

## §. XI.

## IVRA IMPERII DOMINORVM TERRITORIALIVM A IVRE CONDOMINII MARCALIS DIVERSA.

Dum limitata fuit poteſtas, qua primi imperantes Germanorum vſi ſunt, atque Wetterauia lignorum copia abundauit, permiſerunt Marcanis liberrimam de rebus ad marcam pertinentibus ſecundum ius marcale diſponendi facultatem territoriorum domini, eo facilius, quo minus eam reſtringi publicae rei intereſſe videbatur, arctioribus vero finibus tunc demum includi coepit, poſtquam ipſi quoque imperantes iu-

*a*] Vox Weiſſen nihil aliud, quam ius dicere vel ſententiam ferre ſignificat vid. LEHMANN Chron. Spir. Lib. IV. c. XIII. & XVI. Dn. ECKHARD c. l. §. XXXI. add. die Holzgerichts-Ordnungen zu Schledenhauſen vbi formula interrogandi ſollemnis haec fuit: Fraget Ratbecken rechtens Ordels &c. Weiter vvird gefraget ein Ordel zu recht &c. noch fraget Ratbeck ein Ordel &c. Fraget nochmahls ein Ordel apud STISSERUM *in der Forſt- und Jagd-Hiſterie* adi. lit. I. pag. 51. ſeq.

*b*] vid. Der Budinger Wald Weiſsthum de A. 1380. apud REINHARD. *Adi. Num.* VIII. pag. 204. ſeq.

*c*] vid. Illuſtr. Dn. *de* SENCKENBERG faſc. II. Medit. §. 1. ſeq. pag. 730. ſeqq.

iurium popularium in marcis participes facti *d)* ſuarumque partium eſſe putarunt, totam marcarum communitatem ſic dirigere, vt & communis & propria vtilitas id poſtularet, neque tamen id aliter fieri potuit, quam ſaluo manente ipſo dominii iure, quod ſinguli marcarum ſocii in rebus communibus iam inde ab antiquiſſimis temporibus habuerunt. Nam quod principi in totam regionem & partes eius omnes, atque adeo in marcas quoque, qua pars ſunt territorii, tribuitur imperium, ita ſemper, ne quid cum iniuria ſubditorum fiat, temperandum ſeduloque cauendum eſt, ne effectus condominii, quod territorii dominus in quibusdam marcis voluntate reliquorum ſociorum adquiſiuit, cum ipſo imperio confundatur, quum vtique diuerſiſſima ſint,

*d*] Plura ſunt inſtrumenta, ex quibus adparet ipſos quoque territoriorum dominos emolumentorum marcalium vel vt ſocios, vel vt protectores & directores participes factos eſſe, vid. Das Maercker Buch ueber die Erbacher, Camberger und Wurgeſſer Marck de A. 1421. apud Dn. REINHARD *c. l. Adiunct. Num.* I. p. 159. Und ſich der Marcken zu gebrauchen zu ihrem Burgklichen Fheur, binnendt der Marck und darumb ſo ſollen die ehegenante unſere Herrn die Marcken nit vergifftigen, noch vereuſſern, ohne der Maercker Wiſſen und Willen, oder verkeuffen, und ſie darinnen ſchutzen und ſchirmen und der Maercker Recht helffen halten. Add. Inſtr. marcae Dieburgens. de A. 1424. vbi Elector Moguntinus vocatur Obriſter Schutzer Schirmer und Maercker der obgeſchriebenen Marcken & porro, die Maercker aber gemeiniglich usgingen &c. und weiſeten &c. obgenanten meinen gnaedigen Herrn von Mayntz Obribriſter Schuetzer und Schirmer und Maercker der obgeſchriebenen Marcken; ſimulque ad vtilitates marcae admittitur his verbis: item vveiſſen die Maercker, vvann ein Aeckerich in der Marck iſt, vvas fur Schvvein auf meines Herrn vorgenant Muſte ohngefaehrlich gezogen vverden, und ob ſeine Gnaden dazu thaeten kauffen 59. oder ein Hundert Schvveine, ſollt man ſeine Gnaden vvohl goennen vor ein gemein Hurthen darinn zu gehen &c. So haben auch meines Herrn Gnaden in beſonderheit ein Waeldge das Heinchen und den Zehenden im auhe Holz bey Werlachen gelegen &c.

sint, dominium & imperium, docente HENR. *de* COCCEII *e*), quanquam a quibusdam *f*) dominium eminens vocetur, quod COCCEIO aliisque *g*) imperium rectius nominari visum est. Eo magis autem discernenda sunt iura imperii & condominii, quo dilucidius ex ipsis marcarum instrumentis *denen Weisthuemern* probari potest *h*), aliquantulum isthaec confusa esse, dum saepius seniores marcani sub nomine *der Ober Maerckerschafft* ea quoque enunciauerint, quae domino territorii vi imperii competunt *i*), quamobrem, ne quid dubii amplius

*e*] *Disp. de Imperio paris in parem* §. 6. *Tom.* II. *diss.* 3. *pag.* 34.

*f*] H. GROTIVS *de I. B. & P. L. l. c.* 3. §. 6. *n.* 2. HUBER *de Iure ciuit. L.* I. *Sect.* III. *cap.* 6. *num.* 37. 38. BOECLER *de dominio eminente Tom.* I. *Op. pag.* 825. NITSCH *de public. vtilit. praerogatiuis cap.* VII. §. 2.

*g*] vid. THOMAS *ad Huber c. l. Lit. e*]. *pag.* 94. ZIEGLER *ad Grot. L.* II. *cap.* XIV. §. 7. *pag.* 375.

*h*] Facta est haec confusio in libro marcali apud Dn. REINHARD c. l. p. 158. verbis: Item fort han sie gevveist die Graven und Herrn der Graveschafft von Dieze fur Oberste Mercker und bekennende Inen, dass sie Richter seindt uber Halss und uber Heubt und bekennen Inen ires Wildfangs und sich der Marcken gebrauchen zu irem burgklichen Bhavv, cetera vid. not. praec. *d*]

*i*] Teretes aures intelligensque iudicium habuisse videtur Adam Erckel dictor marcanorum Bingenheimensium, qui discrimen hocce enunciauit, verbis: Uff diesen siebenden Artickel haben die Elteslen zum siebenden mahl sich bedacht, Antvvort und Bericht geben, dass bey ihren Tagen sei der Bingenheimer Marck zvveimal verhauen, aus der Ursache das Nassau oder der Maerckermeister von seiner Gnaden vvegen kein Pfand zu thun gehabt, also sei das Armuth verursachet vvorden, ire hohe Noth zu klagen und sei demnach dahin gelanget, dievveil unser gnaediger Furst und Herr der Landgraff zu Hessen in der gantzen Fuldischen Marck gebott und Verbott zu buessen und zu straffen zu und uff zu thun habe, dass zu Rosbach ungevehr um Sebastiani und um sechzig Jahr oder daruber ein Vertrag zvvischen Hessen und Nausslau durch ire Rethe auffgericht als ein bestteller der *M*arck zugelassen &c. Sie hetten zuvor gesagt und sagten nach vvie zuvor, dievveil Nassau nichts

zu

plius haereret, Sereniſſimum Landgrauium Haſſo-Darmſtadinum in marca Bingenheimenſi territorii dominum eſſe, coniunctis nominibus in noua ordinatione Bingenheimenſi de A. 1716. eum *einen Territorial-Ober-Marck- und Grund-Herrn* vocare placuit, idemque territorii ius Sereniſſimum Principem Ludouicum in marca Seulbergenſi & Erlebacenſi ſibi tribuere voluiſſe patet, ex documento *k)* a Dn. *de* Lvdolf *l)* allegato.

## §. XII.

## IVRA SVMMI IMPERII SIVE SVPERIORITATIS TERRITORIALIS IN DYARCHIIS VEL TRIARCHIIS AEQVALIA, NVLLA PRORSVS IN COMMARCIS.

Poteſtas ſummi imperii qua ſtatus immediati in Germania in territorio quisque ſuo vtuntur, ab initio ſub nomine *regalium*, *iurisdictionis*, *meri* item *mixti* imperii, nec non *banni* maiorisque *dominii m)*,

a

zu gebieten, nicht zu richten, nicht zu pfanden habe haben dann die Weldt zu Hegung und Wachſung khommen ſollen; So ſeien die Furſten zu Heſſen zugelaſſen worden als die ſo vveit ſich die Fuldiſch Marck erſtreckt alle Obrigkeit auch alle Gebott und Verbott uff und abzuthun haben, in Holtz, in Feld, in Waſſer und Waid nichts ausgenommen &c, apud Illuſtr. Dn. de Senckenberg *Tom.* II. *Select. Iur. & Hiſt.* pag. 448. ſeq.

*k*] Extract Buſs- Satztages Regiſter A. 1639. vbi haec leguntur: Daſs die Seulberger erinnert, es ſey von Landgraff Ludvvig ein Beſcheid ertheilet, daſs vvas Grund und Boden belange, ſie Maercker Ihro Furſtl. Gnaden dero Hoheit nichts benehmen vvurden.

*l*] *Tom.* II. *Part.* I. *Sympbor. col.* 432.

*m*] Patet hoc ex monumentis medii aeui, quibus hae clauſulae occurrunt; mit allen Regalien, mit aller Herrligkeit, mit allen Gebiet, Gebott und Verbott, mit allen Rechten und Gerechtigkeiten vid. Io. Pet. de Lv-

a ICtis indigetata ſenſimque ac paulatim adquiſita *n*) per pacem vero Weſtphalicam & capitulationes Caeſareas *o*), ſecus ac SCHILTERVS *p*) putauit, demum ad ἀκμὴν ſiue complementum perducta, iam inde a Seculo XIV. ſub nomine *ſuperioritatis territorialis* a gallica voce *ſouveraineté*, quam latine ſuperioritatem dixere, innotuit *q*). Haec ſicut n territoriis puris ad vnum pertinet, ita in mixtis, ſiue dyarchiis aut triarchiis, *in zwey-drey-oder vielherrigen Landſchafften*, ſiue *mit-zugleich, geſambten-gemeinen Herrſchafften, da zwey oder mehr Staende in Beſitz und Nieſung einer unzertheilten Herrſchafft ſeynd*, vt eſt in Receſſu imperii de A. 1576. §. 99. ſingulorum condominorum territorialium *r*) pro parte indiuiſa, non *vt vniuerſi*, ſed *vt ſinguli* ſunt, hoc modo

DEWIG *Iur. Feud. cap.* VIII. qu. 2. p. 437. quanquam a voce *Herrligkeit*, quum ambiguae & multiplicis ſit notionis vid. FERD. CHRIST. HARPRECHT *in Euolut. clauſulae:* mit den n *Herrligkeiten* §. IV. ſeq. & proprie *venationes*, *piſcationes* & ſimilia ſignificat, nihil certi, catholici & conſtanter, vbique & perpetuo obtinentis colligere liceat. MATH. WESENBEC. *Conſ.* 299. *n.* 7. HARPRECHT *cit. loc.* §. XVII. REINHARD S. 3. §. XI. p. 153. ſeq. add. der Auszug einer alten Nachricht das Hub-Gericht zu Gensheim betreffend, circa A. 1470. vbi Abbati monaſterii zu Sanct. Jacobsberg prope Moguntiam in pago Gensheim ad Rhenum adſcribitur, das Hup-Gericht, die Lude die in demſelben Gericht begudet, ſint Hubener des Gerichtes dingpflichtig die Gerichte zu huden, zu beſitzen, Urtel und der Herrn *Herrligkeit* und *Recht* zu vveiſen Sant Jacob dem Gotteshuſe und der Fait von den Guter zinsbar und beſtheubdich geluhene zu ſynen Rechten in altem Herkommen. apud DN. BURI *in der Erleuterung des Leben-Rechts* p. 979. ſeq.

*n*] vid. HERT. *de orig. & progreſſ. ſpec. Rerump. in Germ.* §. V. *in fin. vol.* II. *Op. Tom.* II. *pag.* 14.

*o*] HORN *in Iurispubl. prud. cap.* LIX, §. IV, *pag.* 661.

*p*] Qui complementum ſuperioritatis territorialis ad tempora Ruperti refert in *Comm. Iur. Feud. Alam. pag.* 262.

*q*] B. TREUER *de orig. nom. ſuperiot. terr. ex Gallia arceſſenda* §. V.

*r*] vid. FROMMAN *de condom. territor.*

modo esse censetur, vt nequidem maior pars suffragiorum ius integri habeat *s*). Quandoquidem autem sub nomine dyarchiarum vel triarchiarum abusiue aliquando illa quoque territoria veniunt, in quibus vnus tantum superioritatis territorialis compos, alius vero iurisdictionem simplicem, alius denique merum imperium similiaue iura habet, curiose omnino superioritatis territorialis iura, ab ipsa iurisdictione & mero imperio discernenda sunt *t*). Quodsi vero condominium territoriale districtus, in quo communitas marcarum deprehenditur, nihil plane dubitationis habeat, vt in Marca *Moerlauiensi*, quae olim comitum a Koenigstein, post obitum vero vltimi possessoris Christophori A. 1581. Archi Episcopi Moguntinensis & Castri Friedbergensis sublimi territorii iuri subiecta fuit, neque praeterea pacta adsint, quae vni ex condominis territorialibus aliquid praecipui tribuunt, certissimum est, singulorum quoque condominorum territorialium iura in marcam, licet ipsi condomini dignatione impares fuerint, omnia prorsus aequalia censenda esse. Quamobrem siue marcae vnum siue plures dominos territoriales habent; marcani cuiuslibet domini potestatem territorialem comiter venerari tenentur, modo in dyarchiis aut triarchiis domini diuersa non praecipiant, tunc enim prohibentis causa potior & huic parendum est *u*), quo pertinet paroemia Germanica: *Ein Herr kein Herr, zwey Herrn ein Herr x*). Longe tamen alia & dispar est ratio communis siluae, quae in confinio plurium territoriorum ceu quaedam *commarca y*) sita est, in hac enim omnis superiori-

tas

*s*] HERT. *de spec. Rom. Germ. Rebusp.* S. II. §. XXVII. pag. 138. seq. Vol. I. Tom. II.

*t*] HERT. l. c.

*u*] *L.* 28. *D. comm. diuid.*

*x*] HERT. *Lib.* II. *paroem. iur. Germ. N.* IV. *vol.* I. *Tom.* III. *op. pag.* 600.

*y*] vid. supr. §. V. p. 13. 14.

tas territorialis penitus exulat, adeoque nec ad vnum, nec ad plures dominos referri potest, licet ipsi *commarcani* seu condomini siluae in diuersis territoriis habitent ibique hommagio obstricti sint.

## §. XIII.

## EXEMPLVM COMMARCAE ET DE IVRIBVS SERENISSIMI PRINCIPIS HASSIACI CEV DOMINI IN HOMBVRG.

Huiusmodi *commarcae* vel vnum exemplum adferre iuuabit, marcae scil: quae vocatur *die hohe Marck umb den Feldberg*. Cuius quidem marcae situs, vt ex instrumento apud Dn. Wiederhold z) & Dn. Stisservm a), patet, sic est in confinio plurium territoriorum, comitatus videlicet Epsteinensis, nec non ditionum comitum Solmensium, Hanouiensium, ciuitatisque Imperialis Francofurtensis, nec non dominii Nobilium dominorum de Reiffenberg, vt nullius territorii pars censeri queat. Quod aliunde quam ex iure supremo forestali, quod olim Imperatores & reges per vniuersam fere Germaniam, & praecipue in terra Rhenensi exercuerunt, accersere nequeo. Postquam enim silua haec communis plurium condominorum priuatorum foresto regali semel inclusa fuit, eo facilius fuit vicinos dominos impedire & absterrere, quo minus eandem potestati suae subiicerent territoriali, quo certius constat, ad tuenda in hac silua regia iura eademque sarta tectaque seruanda comitem saltuarium siue silueſtrem praefectum fuisse, sub nomine *eines Waldbotten b*) siue *Ober Waldbotten*

z] *Diss. de iudiciis & ordinat. marc. in app. pag.* 37. & 41.
a] *in der Forst - und Jagd-Historie der Teutschen aai. Lit. G. pag.* 41. & 42.
b] Alibi etiam sub nomine der *Obermuercker*, item der *Holtzgrauen*, nec non *Buticulariorum* a *Wut* silua veniunt. vid. Illust. Dn. de Senckenberg *Fasc. n.ed.* 1. *obs.* 1. §. V. & VI. p. 12. & 13.

*botten c)*, quod quidem officium Eppenſteiniis hereditario iure ceſſi ſe probat inſtrumentum marcale ſupra *d)* allegatum, *e)* poſtquam autem Wilhelmus III. Haſſiae Landgravius, qui cum Gottfrido Epſteinenſi A. 1492. emtionem *f)* pactumque ſub nomine *des Burgfriedens* iniit *g)*, ob ſumptus demandatae exſequutionis contra Philippum Palatinum auctoritate caeſarea A. 1505. Homburgum ad montes *an der Hoehe* oppidum & arcem obtinuit, *h)* nomen & ius *eines Waldboten* non ſolum *in der Hohen Marck umb den Feldberg*, ſed etiam in marca Seulbergenſi *i)* Haſſiae Landgrauiis obuenit, an autem clauſula *Obriſter Herr und Waldbott*, dominium territoriale in marca hac Seulbergenſi inuol-

vat

*c*] vid. Inſtrumentum marcae Seulberg : apud Dn. de LUDOLF *col.* 408. ſeq. vbi Philippus comes & dominus in Hanau vocatur Ober ſiue Obriſter Herr und *Waldhotte* der Marck, item *Ober* ſiue *Obriſter Waldbott*.

*d*] vid. §. III. not. *d*].

*e*] §. *zum Erſten*, ibi : und darueber ein *Obriſter Herr* und *Waldbott* der Edel Herr Gottfried von Epſtein Herr zu Munzenberg, oder vver Homburg mit Recht inn habe. apud WIEDERHOLD p. 44. add. Dn. de LUDEWIG *ad A. B. tit. I. §. 12. pag.* 154. vbi hoc officium verbis FRIEDERICI LUCAE *im Graffen-Saal* pag. 342. ſic deſcribit : Allſo vvurden die Herrn von Epſtein vor etlich hundert Jahren comites ſilueſtres offters *Waldgrauen* tituliret, ſolches rihret daher, vveil ſie als von denen Roemiſchen Kayſern beſtellte ſaltuarii, foreſtarii, das iſt, *Forſtgrauen* die Waelder beobachteten und die Wildbannen und das Gehoeltz in gutem Stand erhielten add. Io. HEN. WOLFART *de Banno ferino in alieno territ.* cap. II. §. II.

*f*] *Excerpta chron. Riedeſelian.* apud KUCHENBECKER in anal. Haſſ. coll. III. pag. 58. & GERSTENBERGER *Franckenberg. Chronic. ibid. coll.* V. p. 234.

*g*] Pactum hocce habetur apud SPRENGERVM *in Elychniis pag.* 416. ſeq.

*h*] TOLLNER *Hiſtor. palat. cap.* III. *pag.* 102.

*i*] vid. Inſtrument. marcale Seulberg. apud Dn. de LUDOLF c. l. vbi eadem verba leguntur, quae not. praec. *(e)* adduxi : Itzt und nach ihm den der *Homberg* mit Ehren und Recht inne hatt.

vat in vtramque partem disputatum fuit, cuius disputationis potiora argumenta in compendio exhibet Dn. *de* Lvdolf *k*).

## §. XIV.

## MARCA CARBENSIS SVPERIORITATI CASTRI FRIEDBERGENSIS SVBIECTA.

Quid autem sub initium huius seculi *l*) marcae Carbensis incolis *denen Unter-Maerckern* siue *Maercker Bauren der Carber Marck* in mentem venerit, & an ob confirmationem iuris sui marcalis ab Imperatoribus Friederico III. 1442. impetratam, postea a Carolo V. & Ferdinando I. A. 1539. & 1559. renouatam, similem commarcam se peperisse somniauerint, hariolari iam quidem non vacat, illud tamen certo certius est, Castro Friedbergensi, cuius dominium territoriale in districtu huius marcae extra dubium est, omne obsequium obedientiamque eos denegasse, dum S. R. Imperio hanc marcam immediate subiectam esse sibi aliisque persuadere volentes, per quindecim fere annos omnia ad arbitrium suum libidinemque sic egerunt, vt non dubitauerint proprio sigillo, cum inscriptione *marcae liberae imperialis*, vti. Quo maiore temperamento Castrum Friedbergense in plebem hanc seditiosam egit ab initio, tanto haec maiore contentione causlam egit, sed post decursum quindecim annorum a summo Imperii tribunali iudicio Caesareo Aulico per sententiam die XVII. Iul. A. 1719. publicatam, haec controuersia sequentem in modum decisa fuit: *Das die von denen so genandten Carber Unter Maerckern, nemlich denen Bauren oder Gemeinden zu Gross-und Klein-Carben, Kaichen und Burggraefenroth*, praetendirte immedietaet, exemtion *und Freyheit keineswegs, hingegen der Kay-*

*k*] cit. loc.

*l*] vid. MOSER Merckvvurdige Reichs Hoff-Raths Concluſa *Part.* IV. *p.* 438. seq. *pag* 676. seq.

*Kayſerlichen Burg Friedberg* intention ratione ſuperioritatis & omnimodae iurisdictionis *ueber die drey Dorffſchafften Groſs-und Klein Carben und Kaichen, auch in ſoweit dieſelbe mit dem andern Dorff Burggraeffenroth die ſogenante Carber Marck* conſtituiren, *allerdings ſowohl* in poſſeſſorio *als* petitorio fundiret *ſey. Dannenhero mehrgedachte drey Dorffſchafften Groſs-und Klein Carben und Kaichen unter der Kayſerl. Burg-Friedberg Bottmaeſſigkeit von Ihrer Roem. Kayſerl. Maj. und des Heil. Reichs wegen ohnweigerlich zu ſtehen deſſen Bott und Verbott nicht allein als zu der Graffſchafft Kaichen angehoerige, ſondern auch als Maercker-*participanten *anzunehmen und Gehorſam zu leiſten, mithin ihr neuerlich angemaſſte Maercker Sigill wieder zu* caſſiren *und aufzuheben ſchuldig ſeynd* &c. *m*), reſtiterunt quidem, ſed non peruicerunt rebelles, tandemque per Concluſum Caeſareum d. d. XI. & XII. Septembr. d. a. aliaque deinde ſubſequuta *n*) ad officium redire coacti ſunt.

## §. XV.

## POTESTAS TERRITORIALIS IN MARCAS NON EST ARBITRARIA.

Non tamen ex eo, quod marcas ſuperioritati dominorum territorialium ſubeſſe dixi, colligendum eſt, poteſtatem hanc arbitrariam eſſe. Quemadmodum enim antiquiſſimis temporibus Germanorum Reges & principes auctoritate ſuadendi magis, quam iubendi poteſtate rexiſſe conſtat *o*), poſteaque ſub Francorum etiam imperio, iudicio populi & conſilio procerum, principum poteſtas temperata fuit citra

*m*] vid. MOSER *cit. loc. part.* I. *pag.* 199. ſeq.
*n*] vid Idem *ibid. pag.* 193. ſeq. *Part.* IV. *pag.* 452. & *Part.* VI. *pag.* 160. ſeq.
*o*] TACITVS *de M. G. cap.* XI.

citra imminutionem iurium imperii *p*), ſic priſtinae libertatis ſimulacrum adhuc hodie remanſit, vt, qualiscunque etiam ſit poteſtas principum ac ſtatuum imperii in ſuis territoriis, eam tamen conditionem habeat, vt ſuperioritatis ſuae modum, adeoque ſubditis ſua iura & conſuetudines ſeruet *q*), quia officio boni principis, quod eſt tueri ſubditos eorumque bona & iura, repugnat, ſi hiſce quidquam derogare vellet, quippe quod non niſi abſolutae poteſtatis eſt, quae exerceri non poteſt, niſi inexorabili neceſſitate, aut magna vtilitate publica & tamen ſine diſpendio, quantum fieri poteſt, priuati *r*). Quid? quod ipſi principi expedit, ne plenitudo poteſtatis ex veteri Reip. Romanae forma ad hodiernam ſpecialium rerumpublicarum in Germania conſtitutionem praepoſtere adplicetur *s*), caueat igitur princeps, ne aſſentatoribus patefaciat aures, nec adulari ſe ſinat huiusmodi blanditiis, quibus ſaepius adulatores gratiam ſuam aucupantur. Digna potius vox maieſtate potentiſſimi Regis M. Britanniae & Electoris Brunſuicenſis eſt, qua ſaepius & multoties praecipue autem in ordinatione ſupremi tribunalis Cellenſis *t*) declarauit, ſe nolle propitiori iure, quam quilibet priuatus, cenſeri.

## §. XVI.

## SOCII MARCALIS DEFINITIO.

Ne igitur vel territorii dominus vel ipſi ſocii marcales nimium ſibi tribuendo de recta regione deflectant, potiſſimum regiminis marcalis

*p*] HERT. *de orig. & progr. ſpec. Rerump. in Germ.* §. III. & IV. *Vol.* II. *Tom.* II. *Op. pag.* 8. *ſeq.*

*q*] LYNCKER *vol.* I. *Reſp.* LV. *num.* 106. MEVIVS *Part.* III. *dec.* 187. *n.* 8.

*r*] MEVIVS *part.* I. *dec.* 141. *n.* 2. *ſeq.* add. ZIEGLER *de iur. Maieſt. L.* I. *c.* IV. §. 13. *pag.* 93. SCHNEIDER *de iur. ſubditor. eminent:*

*s*] SCHILTER *Exer. ad Pand.* I. §. 27.

*t*] *in Praef. cap.* II. *Corp. Conſtit. Calenb. N.* 1. *pag.* 3. *ſeq.*

calis ratio habenda eſt, quod, quum prolixiorem expoſitionem & temporis & chartae anguſtia non permittat, ſtrictim & breuiſſime in praeſentiarum attingam. Quemadmodum autem regimen marcarum ab ipſis marcanis conſtituitur, de his ante omnia paucis agendum eſt. Nomina quibus hi in vernacula veniunt, ſunt fere haec: *Maercker*, *Mitmaercker* & reſpectu aliorum *Innmaercker t)* in Weſtphalia *Marckgenoſſen*, item *Erbexen und Marckgenoſſen, u)* quibus opponuntur *die Ausmaercker x)*, ex his tamen eos, qui ad participationem communium emolumentorum conſenſu marcanorum admiſſi ſunt, *Marckgenoſſen* vel *Eingeforſtete* nominare nihil vetat. Huiusmodi conſors *ein Marckgenoſs* eſt in marca Rodheimenſi Abbatiſſa coenobii *zum Thron, y)* nec non poſſeſſor *des Hofes zu Peterweil*, quippe qui, etſi incola marcae non ſit, hoc tamen iure gaudet; *in der Marck ein jegliche Wochen auff zween Tage mit einem Wagen Holtz zu hohlen under der Hanbuchen und ander nirgends z)*. Marcanus vero proprie ſic dictus, eſt, qui vrbem quandam, oppidum vel pagum, viculum aut praedium in marca ſitum incolit *a)*, neque hic vlla dignitatis ratio habe-

*s)* vid. die Altſtadter & Moerler Marckordnung in *Adp. Num.* II. & III. *pag.* VIII. XV. Inſtrum. marcae vor der Hoehe apud WIEDERHOLD p. 45. §. III. & REINHARD *de iur. for. Sect.* III. §. IV. *pag.* 132. *& in Adi, N* I. & II. p. 160. & 164.

*u)* vid. die Holtzgerichts-Ordn. Zu Schledenhauſen apud STISSERVM *in der Forſt- und Jagd Hiſtorie in Adi. Lit. I. pag.* 52. & in extr. der Munſteriſchen Landger. Ord. ſub Lit. yy. p. 110. ſeq.

*x)* vid. *Adp. Num. I. pag.* II. III. & *N.* II. *pag.* VIII. *N.* III. *pag.* XV. Inſtr. marcae vor der Hoehe apud WIEDERHOLD §. IX. p. 46.

*y)* vid. *Adp. N.* I. *pag.* III.

*z)* vid, *Adp. N.* I. *pag.* IV. add. *Adiunct. N. I. pag.* 160. ſeqq. apud DN. REINHARD.

*a)* vid. *Adp. N.* III. p. XVIII. ibi: Jeden Flecken in die Marck gehoerig, veniunt tamen plebeii ſub nomine der gemeinen *Maercker*, *Unter-Maercker*

habetur, siue nobilis siue ignobilis, *b)* modo aedes & focum in marca habeat. Id enim explicite requiritur in marca Rodheimensi, Altstadiensi, *c)* & aliis *d)* neque sola bonorum possessio in marca sufficit, quamuis in marca Altstadiensi certo modo ei, qui foris habitat, agros suos in marca arare ac colere & interea iumenta sua in commune pascuum agere *e)* in aliis autem marcis conductori, qui aedes & focum in marca habet, vice domini fungi *f)* permittatur. Tenetur praeterea novus marcanus siue marcani filius, qui matrimonium iniit separatamque constituit oeconomiam, in plurimis marcis ante receptionem, supremo marcae praefecto *dem Ober Maerckermeister*, iuramentum praestare, *der Marck Recht und Herkommen, helfen zu behalten g).*

## §. XVII.

## REGIMINIS MARCARVM PER ELECTIONEM PERSONARVM, QVIBVS CVRA ET CVSTODIA DEMANDATA, CONSTITVTIO.

Ab his marcanis quidam eliguntur, quibus vel tutela, protectio & cura communis marcae, *der Marck getreulich fur zu sein, die zu verse-*

*cker* vid. REINHARD *Sect.* III. §. IV. p. 129. vel *Landmann* vid. Instr. marc. vor der Hoehe apud WIEDERHOLD p. 45. §. III. ib : soll der Maercker oder *Landmann*. Pluresque inter eos sunt, qui *Landsiedelii* vid. Adp. N. II. p. VII. & Instr. apud WIEDERHOLD §. IX. p. 53. add. BURI *Erleuterung des Leben-Rechts cap.* III. p. 1003. seq. vel etiam *Hubarii*, *Hubner* vid. cit. Instr. apud WIEDERHOLD. ibi : ein gros versamblete menge Schultheisen, *Hubner* und *Landmann*, dicuntur rustici scil. quibus tantum agri, quantum ad rem familiarem tuendam satis est, cum idoneis aedibus ad reponendos eiusdem fructus, elocatur, census vel seruitii caussa vid. SCHILTER in gloss. Lit. H. p. 470.

*b*] vid. Adi. N. IX. apud REINHARD p. 222.
*c*] in Adp. N. I. p. IV. & N. II. p. VIII.
*d*] vid. Adi. N. IX. apud REINHARD. p. 222.
*e*] vid. Adp. N. II. p. X. in fin. & XI.
*f*] vid. Adi. N. IX. apud REINHARD. p. 222.
*g*] vid. Adp. N. I. p. I. in fin. REINHARD. sect. III. §. IV. p. 152. & Adi. N. VII. p. 191. & 195.

*verſehen, zu ſchauren und gleich damit umbzugehen dem armen als dem Reichen h)*, cum iubendi quadam poteſtate & directione totius communitatis, vt ſupremis praefectis, tradita, vel alia munera ac officia demandata ſunt. Fluit haec poteſtas non ex ſuperioritate foreſtali *Forſtlicher Herrlichkeit* domino territoriali competente, ſed ex condominio marcanorum priuato & libera ex ea manante poteſtate rei ſuae curam, cuſtodiam & defenſionem iis committere, quos dominus rei gerendae idoneos eſſe putat *i)*. Quoniam autem experientia teſtatur, non ſemper dicto obedientes eſſe, qui in communitate degunt, ſuus quemque ſenſus facile docet, rationem & prudentiam regendae marcae poſtulaſſe, vt marcani cuſtodiam, praeſidium ac tutelam communis marcae non cuilibet, ſed illi committerent, qui tanta apud reliquos valeret auctoritate, vt non ſolum ſociis faciendi imperata neceſſitatem adferre, ſed aliis quoque metum incutere poſſet. Fecit haec res, vt in conſtituendis ſupremis marcarum praefectis & foreſtariis, quibus in vernacula nomen *Obriſter* vel *Obermaercker*, *k) Erſter Maercker l)*, *Obermaerckermeiſter m)*, *Berſchirmer n)*. *Obriſteherrn o)*, *Marckbeſtel-*

*h)* vid. Inſtr. apud WIEDERHOLD p. 53. §. XXII. & Adp. N. III. p. XII. ſeq.

*i)* Non igitur arbitraria poteſtate vti poteſt, qui ſupremi praefecti munere fungitur, ſed reliquos condominos die gemeine Maercker oder Landmann conſulere debet vid. Inſtr. apud WIEDERHOLD p. 44. ibi: mit rath der Maercker und Landmann die Marck zu beſtellen.

*k)* vid. Adp. N. I. p. II. & N. I. II. IV. V. VIII. apud REINHARD p. 158. 167. 170. & 204.

*l)* Adi. N. III. apud REINHARD p. 167.

*m)* vid. Adp. N. II. p. VI. & Adi. N. VII. apud REINHARD. p. 189.

*n)* Adi. N. V. apud *Idem* p. 182.

*o)* Adi. Num. IX. apud Eundem p. 219.

*ſteller p)* & *Maerckermeiſter q)* haeſit *r)*, potiſſimum Dynaſtarum nobiliorumque rationem haberent *s)*; quod tamen non in omnibus illarum neceſſarium, ſed in quibusdam clericos quoque hoc munere v. c. in marca Rodheimenſi *t)* honoratos eſſe conſtat, qui in aliis etiam marcis v. c. *vor der Hoebe*, licet in ſubſidium tantum hisque deficientibus, quilibet ex ruricolis huic muneri gerendo idonei, *aus den Landmannen die furnemſten und nutzigſten u)* admittuntur. Siue autem nobiles, ſiue clerici, ſiue alii ex ruricolis eliguntur, priusquam administrationem muneris ſibi delati ſuſcipere poſſunt, iurisiurandi religione obſtringi debent *x)*, neque propterea, quod in quibusdam marcis eo res peruenit, vt officium hocce praedio vel caſtro, perinde vt munus *eines Waldbotten*, adhaeſerit, *y)* dominis territorialibus obſequium dene-

*p*] vid. Inſtr. Not. de iure foreſtar. ſuper. in marca Bingenheimenſi apud Dn. de SENCKENBERG *Tom.* II. *Sel. iur. & Hiſt.* p. 448.

*q*] In iis praeſertim marcis, quibus praeeſt *ein Waldbott* hoc nomen iis tribuitur, quibus primaria cura marcae incumbit. vid. Inſtr. marcae apud WIEDERHOLD. §. XX p. 53.

*r*] Aliquando haec nomina coniunguntur ſic v. c. Elector Moguntinus in der Weiſung ueber die Dieburger Marck de A. 1429. vocatur Oberſter Schuetzer, Schirmer und Maercker der obgeſchriebenen Marck.

*s*] vid. *Adp. N.* II. *pag.* VII. & VIII. ibi: Zu einen Oberſten Maerckermeiſter kueſen einen Ritter, der ein Lehenherr in der Marck iſt &c. da man keinen Ritter mocht &c. So ſoll man kueſen Ritters Genoſen & *N.* III. *pag.* XII. ibi: die beyde Maerckermeiſter zum ſchild gebohren, & Inſtr. Marcae vor der Hoehe apud WIEDERHOLD p. 53. ibi: und ſoll man kieſen zu Maerckermeiſter aus den Edlen die in der Marck geſeſſen und geguet ſeyn.

*t*] vid. *Adp. N.* I. *pag.* II.

*u*] vid. Inſtr. apud WIEDERHOLD p. 53. §. XXI.

*x*] Praeſtant hoc iuramentum vel ipſi communitati vid. *Adp. N.* II. *pag.* VIII. vel domino territoriali *Num.* III. *pag.* XII. ſeq. vel etiam dem Waldbotten vid. Inſtr. marc. apud WIEDERHOLD *pag.* 53. §. XXII.

*y*] REINHARD ſect. III. §. IV. p. 130. & Adi. Num. VII. p. 189.

denegare poſſunt, z) vbi vero ipſi domini territoriales eodem fungun-tur, *a*) haec colliſio metuenda non eſt *b*). Illud praeterea notatu dignum videtur in ſilua Budingenſi officio *eines Obriſten Maerckers* Cae-ſarem & Imperium fungi *c*). Qui autem praeter ſupremos praefectos in quibusdam marcis libera electione conſtituuntur ſub nomine *der Unter Maerckermeiſter d*), concurrunt in ordinanda & adminiſtran-da marca cum ſupremis praefectis, quorum etiam vices in abſentia gerunt. Inferiorum vero officialium derer *Marckſchultzen*, *Marck-ſchreiber*, *Marckſchreyer e*) *Holtzmeiſter & Holtzweiſer f*) *Marckholtz-geber g*) *Marck Ober - Vnter* - ſiue *Gemeine Waldfoerſter* aut *Marck-ſchuetzen* officia leges marcales cuiuslibet marcae determinant, quibus recitandis iam non immorabor, quum nihil fere momenti habeant, ſed omnia eo redeunt, vt marcam cuſtodiant, ligna caedenda adſignent, & quae ſunt alia huius generis munera ab iis peragenda, peragant.

§. XVIII.

z] vid. Idem ibid. § XI. p. 152.

*a*] vid. Adiunct. Num. I. II. III. IV. V. & IX. pag. 158. 165. 167. 170. 182. & 219. ſeq. apud Eund. cit. loc. Add. Inſtr. Notar. ſupra allegatum apud DN. *de* SENCKENBERG Tom. II. ſelect. iur. & Hiſt. p. 447.

*b*] Si plures ſunt condomini territoriales ius quoque der Obermaerckerſchafft re-gulariter commune eſt. REINHARD *Sect.* III. IV. p. 130.

*c*] vid. Idem in *Adiunct. N.* VIII. p. 204.

*d*] vid. Inſtr. marc. Altſtad. in *Adp. N.* II. p. VI. & VII.

*e*] vid. Inſtr. apud WIEDERHOLD p. 52. §. XIX. ibi: So mag er durch den gemeinen Schreyer ein Maerckerding Tag vor Urſel auff die Aue ver-kunden laſſen.

*f*] vid. REINHARD. *cit. loc. Adi. N.* II. p. 65. & *N.* IV. p. 172.

*g*] vid. *Adp. N.* II. *pag.* XI.

## §. XVIII.

## IVRA ET EMOLVMENTA SINGVLORVM MARCANORVM IN PASCVIS ET SILVIS.

Quod iura & emolumenta marcanorum attinet, ex natura & indole condominii, quod omnibus *vt singuli* sunt, competit, *h)* sequitur, vt, quum quaelibet res domino suo commodet & reliqui ab vsu eius excludantur omnes, communium emolumentorum in marca soli marcani participes fiant, eo quidem modo, quem leges marcales praescribunt. Vtuntur igitur iure prohibendi excludendique omnes extraneos, qui in communi marca aedes & focum non habent, quos vulgo *die Ausmaercker* vocant, *i)* neque vni ex sociis, reliquis inuitis, extraneorum pecora in pascua communia agere permittitur *k)*, fecit tamen maiorum nostrorum hospitalitas, qua non solum CAESARIS *l)* & TACITI *m)*, sed medio quoque aeuo *n)* celebres fuerunt, vt peregrinos non ab omni vsu piscationis & communis pascui

*h)* Quamuis plures vniuersitates in districtu marcali deprehendantur, quae proprietatem quorundam bonorum in marca pro parte diuisa sic adquisiuerunt, vt ad singula membra vniuersitatis, nec integre, nec ex parte, pertineat, alia tamen est ratio eorum, quae pro parte indiuisa in communione omnium marcanorum sunt, haec enim in singulorum, vt singuli sunt, condominio existunt, cum quoad proprietatem, tum quod ad emolumenta attinet. Patet hoc ex instrumento de A. 1454. in *Adp. N.* I. p. III. *in fin.* versic. Item wann man an dem Schloss.

*i)* vid. *Adp. N. I. pag* III. ibi: Kein Ausmaercker &c. & hinc patet ratio cur de finibus Marcae regundis & conseruandis soliciti fuerunt marcani in demonstrationibus suis vid. *Adp. N.* II. p. X.

*k)* vid. *Adp. N. I. pag.* III. Item soll kein Innmaercker keines Ausmaerckers Viehe &c.

*l)* vid. *Lib.* VI. *de B. G. C.* VI. *n.* 21.

*m)* vid. *Libell. de M. G. cap.* XXI.

*n)* vid. *LL. Burgund. Tit.* XXVII. §. 1. apud GEORGISCH *pag.* 360.

paſcui excluſerint, *o)* qui vero absque conſenſu marcanorum vſum communis marcae ſibi arrogat, praeterquam quod damnum reſarcire tenetur, mulcta coercetur, aufugientem etiam extra marcam ad certum diſtrictum perſequi permittitur *p*). Porro ſtatis diebus, *auf die Waldtaege* non ſarmenta ad cremandum tantum colligere, ſed arbores quoque creminales & ligna fabricaria ſiue materiam cum ad reficienda, tum ad noua exſtruenda aedificia caedere *q*), quin & carbonarium negotium exercere poſſunt *r*), niſi ob raritatem ligni prohibitum ſit *s*). Figulis etiam *denen Eulner*, ſiue *Toepfer die in der Marck geſeſſen ſeyn* lignum emortuum ad coquenda vaſa fictilia *zu eulen* tredecies ſingulis annis conceditur *t*). Et in marca Altſtadienſi ſingulis hebdomadibus vehem ligni emortui *einen drockenen Wagen voll Holtz Uhrholtz* accipit *der Ober Maerckermeiſter*, ſiquidem aedes & focum in marca habeat *u*). Nam vſus ligni praeciſe ad marcam reſtringitur, nec

*o*] vid. *Adp. N.* II. *pag. X.* verſic. Auch weiſen ſie, kaem ein fremdder Mann &c. & *p.* XI, verſ. Waere es Sach das ein Frembdmann quaeme &c.

*p*] Ius ſequelae non ſolum in marca Dieburgenſi verbis: Da weyſeten die Maercker gemeiniglich ohngezvveyet, daſs ein jeglicher Maercker ſolchen Ausmaercker wole angreiffen und fahen moegte, und moegte man den auch verfolgen zu Main und zu Rain und wo man die erwuſchte &c. ſed etiam in Marca Rodheimenſi diſerte conceditur, vid. *Adp. N. I. pag.* II.

*q*] Non pro lubitu, ſed iuxta modum in legibus marcalibus deſcriptum vid. *Adp. N. I. p.* IV. *N. II. p.* IX. *N. III. p.* XIV.

*r*] vid. *Adp. N.* I. p. II. & Inſtr. apud WIEDERHOLD §. IX. p. 46.

*s*] Vti in marca Carbenſi *per ord. marc.* §. 13. & *Adp. N.* III. p. XVIII.

*t*] vid. *Adp. N.* I. p. II. & *N.* II. p. IX.

*u*] vid. *Adp. Num.* II. *pag.* VII. Eodem fere iure Elector Moguntinus vtitur in marca Dieburgenſi, vt ex Inſtr. de A. 1429. patet, verbis: Er weiſete auch, wann meines Herrn Gnaden zu Dieburg waeren, ſo moegte man ihme wole zu ſeinem Muſe und Speiſe buchen holtz hauen, wie viel er das bedoerffe und als dick des noth waere.

nec quidquam foras vehere permittitur *x*), adeo, vt ne figulis vasa e luto ducta extraneis vendere liceat, nisi prius habitatoribus marcae, viliori pretio publice oblata fuerint *y*), hac formula & proportione *ein Dreyling umb ein Helbling z*). Non autem ligni tantum, sed pascuorum quoque usus communis est, pro modo tamen agrorum, quos quilibet marcanus possidet *a*), dataque praeterea marcanis est potestas, sues glandibus in silua pinguefacere *b*), glandes autem legere in marca Moerlauiensi regulariter prohibitum censetur *c*).

## §. XIX.

## EMOLVMENTA PISCATIONIS ET VENATIONIS, ONERA A MARCANIS SVBEVNDA.

Piscandi quoque in communi aqua licentia vtuntur marcani, restricta plerumque ad certos dies determinatumque modum *d*). Quumque ferae pro accessorio siluarum ac praediorum, quae quis possidet, habeantur, consequens est, vt nec marcani ab omni venationum vsu in

*x*] Instr. marc. apud WIEDERHOLD §. IX. p. 46.

*y*] vid. *Adp. N.* I. *pag.* II. & N. II, *p.* IX.

*z*] *Helbing* est semihalerus vid. CHRIST. SCHLEGEL *de nummis Altenb. pag.* 9. *not. n*) & *de numm. antiqu. Gothan.* §. XXIV. *pag.* 25. & 26. sicuti *Dreyling* tres haleri esse videntur vid. FRIS. *Munz Spieg.* p. 136.

*a*] In marca Carbensi modus sic determinatur. Dass einem Einlaufftigen unter den Hirten zu treiben zugelassen 2 Küh und 1 Kalb, einem gemeinen Hubner 4 Küh und 2 Kaelber, einem von Adel und doppel Hubner 10 Kühe und 5 Kaelber.

*b*] vid. *Adp. N.* II. p. VIII. *N.* III. p. XVII. & *Instr. marc.* apud WIEDERHOLD §. XII. & XIII. p. 47. seq. Qualis praerogatiua hac in re Electori Moguntino in instr. Marcae Dieburgensis. tribuitur vid. supra §. XI. not. d.) p. 27. & summo praefecto marcae Altstadiensis vid. cit. *N.* II. p. VIII.

*c*] vid. *Adp. Num.* III. *pag.* XVIII.

*d*] vid. *Adp. Num.* II. *pag.* X.

in communi marca excludi queant. Quamuis enim Reges Germanorum non regias duntaxat, ſed priuatorum quoque ſiluas foreſtis incluſas, banno ferino munirent ſuosque miniſteriales, qui foreſtis praeeſſent, *die Waldbotten* ſiue *Waldgrauen* habuerint, minime tamen ex eo efficitur ius iſtud venationis Regi competens, ſubditos ab omni venationis vſu excluſiſſe *e*). Quamobrem licet Comiti ab Epſtein, hodie Sereniſſimo Haſſiae Landgrauio Homburgenſis Caſtri & ciuitatis domino ex poteſtate muneris *eines Oberſten Waldbotten in der Marck vor der Hoehe*, competat ius muniendi communem ſiluam, marcanis tamen poſt tres dies venari permittitur, etiam plebeiis *den Maerckern und Landmann f*). Eodem iure Sereniſſimus Princeps in marca Seulbergenſi & Erlebacenſi vtitur, vbi tamen ruſtici *von der Nachjagd* excluduntur & venatio haec poſt tres dies, ſolis nobilibus & paſtoribus, *Rittern, Edelleuten und* Paſtorn *in der Marck geſeſſen g*) conceditur. Quoniam enim iam inde ab antiquiſſimis temporibus in Germania ingenuorum imprimis vita in venationibus conſiſteret *h*), facile perſpicitur ratio, cur ſicut antiquitus, ita hodie quoque non ruſtici ipſi, ſed nobiles & ordinis equeſtris homines in ſuis & ſuorum ruſticorum praediis venationem exercuerint, excluſis fere vbique ruſticis, praeterquam in locis, in quibus viguit *die freye Purſch Gerechtigkeit*; quam hodie in paucis locis valdeque circumſcriptam ſupereſſe demonſtrauit HARPRECHT *i*). Ceterum quum nihil tam

*e*] vid. late *Illuſtr.* DN. STRUBE *in vindic. iur. ven. cap. I.* §. VIII. ſeq.
*f*] vid. *Inſtr.* apud WIEDERHOLD §. V. pag. 45.
*g*] apud DN. *de* LUDOLF *Tom.* II. *Symph. part. I. conſ. & dec.* VIII. *col.* 408. ſeq
*h*] TACITUS *de M. G. cap.* XV.
*i*] *in Sciagraphia liberae venationis Germanicae.*

tam naturale sit, quam eius esse incommoda, qui commodis rei fruitur, non miror, vnde sit, quod marcani alicubi etiam onera quaedam subire cogantur, tenentur enim saltuariis aliisque officialibus mercedes solvere, quae in marca Rodheimensi in certa quantitate fructuum *ein Siegling Korns, oder Garbe Weizen, oder ein Haffer-Garbe* praestatur, vel loco fructuum *ein Engelschen k) oder ein Engelschwert Eyer l)*. Praeterea si collecta exigitur a marcanis *Marck Geld*, ad eam omnes pro rata emolumentorum tenentur *m)*.

## §. XX.

## NOMEN, DEFINITIO, DIVISIO IVDICIORVM MARCALIVM, PERSONAE IVDICIVM CONSTITVENTES, IVRISDICTIO.

Ad censum iudiciorum particularium, quae praeter iudicia vniversalia & prouincialia *Landdinge* siue *Landgerichte n)*, pro more maiorum nostrorum in qualibet fere caussa particulari constituta sunt *o)*, refe-

*k)* Hanc minoris valoris monetam circa illud tempus maxime vsitatam fuisse probat diploma Sigismundi Imp, quo A. 1428. Francofurtensibus monetam argenteam conflare concessit, in verbis: Dass sie moegen schlagen lassen silberne Munze auf solche Tornese, *Englische* und Heller, als izund bey ihnen gang und genehme seyn &c. apud LIMNAEVM Lib. 7. cap. 16. n. 34. add. SCHLEGEL *de numm. Altenb. pag.* 13.

*l)* vid. *Adp. N. 1. pag.* I. & II.

*m)* id diserte cauetur in ord. marc. Carb. §. 30. Wann dann nothdurfftig marckgeld gesetz und erhoben werden, muss auch ein Huebner noch so viel als ein Einlaufftiger daran erlegen und zahlen. Et §. 17. So ist der Huebner auch an solcher arbeit doppel und selb ander, der Einlauffstig aber vor sich allein zu erscheinen und zu arbeiten schuldig.

*n)* vid. DN. GRUPEN *Discept. For. Obs.* II. SCHILTER *Gloss.* p. 223. add. KUCHENBECK. *anal. Hass. coll.* 1. *p.* 138. vbi plebiscitum dicitur. *Iurisdictione tam plebisciti dicta vulgariter Landgerichte.*

*o)* Quaedam genera horum iudiciorum recensuit & breuissime explicuit HERT. de

referenda ſunt iudicia marcalia *Maerckerdinge* ſiue *Gedinge* dicta. Nam *Tinc*, *Thing*, & *Ding* in vernacula nihil aliud eſt quam iudiciuin, placitum, concilium, mallus, hinc *Dingbanck* locus iudicialis & *Dinglude* Adſeſſores iudiciales vocantur *p*), haeſitque propterea martis diei, qui iudicialis fuit, nomen *Diengtag q*). Sunt igitur iudicia ad conſeruationem & vtilitatem ſiluae communis totiusque communitatis marcarum inſtituta *r*) in quibus cauſſae marcales tractantur & quae auctoritate vel deciſione iudiciali indigent, praeſidi & adſeſſoribus, eum in finem proponuntur, vt litem ſiue praeſentem ſiue imminentem finiant. Dividuntur in ordinaria *ungebottene Maerckergedinge*, quaſi non indicta, cuiusmodi ſunt omnia, quae certos & ſtatos dies habent *s*), & extra ordinaria iudicia *Gebottene Maerckergeding* ab indictione & citatione, quae neceſſario praecedere debet, dicta, nam citare hodie *vorladen*, ſtylo veteri ſonat *verbotten* ſiue *verpotten t*), quae quidem ſi ob cauſſam

*de Conſult. leg. & iud. in ſpec. R. G. I. Rebusp.* §. XXVII. *ſeq. vol. I. Tom.* II. *Op. p.* 458. ſeq. add. PUFENDORF *de iurisd. Germ. Part.* III. *cap.* II. *p.* 438. ſeq. & DN. ECKHARD *de interrog. in iur. apud Germ.* §. XXIX.

*p*] vid. ECCARD *ad Leg. Sal. p.* 87. & SCHILTER *in gloſſ. pag.* 222. add. REINHART. *de iur. for. S.* III. §. VI. p. 136.

*q*] WACHTER *in gloſſ. pag.* 283. & SCHILTER *c. l. pag.* 199.

*r*] vid. ſupra §. X. p. 23. not. *s*).

*s*] Tale fuit iudicium marcae Rodheim. in Adp. N. I. p. 1. ibi: Hegten und beſaſſen ſamptlichen ein *ungebotten* Rodheimer *Maerckerding*. Et Altſtadienſis N. II. p. VII. ibi; Daſs man alle Jahr nach Walbory tag ein Maerckerding halten ſoll. add. REINHARD. *N.* V. p. 184. & 185.

*t*] Dicebatur etiam ein *geſetztes Maerckergeding* in Adp. N. II. p. VI. in Inſtr. marc. Dieburg. de A. 1429. expreſſa ſunt verba: Den allen und jeglichen beſonder zeitlichen *verbotten* und verkuendet was. Et Inſtr. marc. apud WIEDERHOLD p. 40. ibi: vertægt, *verbott* & p. 42. Den auff gemelten Maerckerding tag zu kommen *verbott*. add. REINHARD. N. VII. p. 161. & 189

ſam inopinatam indicta fuerint, repentina, in vernacula *Nothmaercker-gedinge* vocantur *u*). Poteſtas indicandi iudicia extraordinaria explicite tribuitur dem *Oberſten Waldbotten* in marca *vor der Hoehe x*), quorum conſtitutio nec aliis marcis denegari poteſt, petentibus marcanis *y*). Conſtituunt autem haec iudicia marcalia *der Oberſte Waldbott*, vel *die Ober Maercker und Maerckermeiſter z*) & reliqui marcani omnes, qui vicibus ſcabinorum funguntur *a*), ex quibus aliqui ius ſedendi in ſellis habent, vbi id receptum eſt, vti in marca Dieburgenſi *b*), nam in aliis plerumque marcis omnes ſtare tenentur. *c*) Equidem facile praevideo, quae auctoritati horum iudiciorum officere poſſunt, haec fere eſſe, quod iurisdictio non priuatae, ſed ſupremae poteſtatis, imperii ciuilis ruſticorum autem in Germania libertas adeo imperfecta ſit, vt eorum conditio non multum a ſeruitute & ſtatu hominum propriorum diſtet, qui ab officio ſcabinorum prorſus excluduntur, per Conſtitutionem Friederici III. de A. 1495. *d*). Verum enim vero quod regulam conſtituit,

*u*] vid. REINHARD. S. III. §. VI. p. 136. ſeq.

*x*] vid. Inſtr. apud WIEDERHOLD §. XIX. p. 52. In marca vero Moerlauienſi, quum duo iudicia ordinaria conſtituta ſint, absque iuſta cauſſa fieri non debet, ſollen ohne ſonderlich ſchafft nicht mehr gehaltenn werden vid. Adp. N. III. p. XIV.

*y*] in Inſtr. marc. Dieburg. ita cautum eſt: Sie weiſen auch daſs man einem jeglichen Maercker er ſey arm oder reich wann er ſein begehret ein Maerckerding machen ſoll, ungevehrlich und wo man das nicht thaete, ſo ſollte die *M*arck offen ſeyn &c.

*z*] vid. ſupra §. XVII. p. 39. ſeq.

*a*] vid. Adp. N. I. p. 1. ibi: Und hegten und beſaſſen *ſamptlichen* & N. II. p. IV. Die Maercker gemeiniglich die in die Marck gehoeren &c. add. Inſt. apud WIEDERHOLD §. IV. p. 44. §. XIX. p. 53.

*b*] Hinc in Inſtr. marc. Dieburg. harum ſellarum expreſſa fit mentio: Da jetzund die *Maercker Stuehle* ſtehend &c. und als nun die Maercker die uff die *Stuehle* gehoeren *geſeſſen* waren.

*c*] vid. Inſtr. Not. apud DN. de SENCKENBERG *Tom.* II. *ſel. iur. & Hiſt.* pag. 439. und die Mannſchafft jung und alt gemeinlichen um ſie *geſtanden*.

*d*] vid. REINHARD. S. III. §. VIII. p. 142. ſeq.

ſtituit, exceptionem non tollit. Igitur nihil impedit, quo minus communitas, permittente domino territoriali in cuius territorio marca exiſtit, iurisdictionem, ſaluo imperio ciuili, cui communitates marcarum ſubordinatae ſunt, exerceat, in eiusmodi praeſertim cauſſis ac negotiis ex quibus aliis nulla imminet iniuria *e*), alterum vero ex conditione & ſtatu ruſticorum petitum argumentum facile propulſare licebit, diſtinctione facta inter iudicia maiora & minora ruralia, in quibus non alia occurrunt negotia, quam ex iure conſuetudinario a maioribus manu quaſi tradito decidenda, cuius ruſtici plerumque meliorem notitiam habent, quam ICti iuribus peregrinis adſueti.

## §. XXI.

## CONVOCATIO MARCANORVM, TEMPVS, LOCVS, CONSTITVTIO IVDICII, PROBATIO ET POCVLA:

Ius conuocandi & citandi marcanos in marca *vor der Hoehe* habet *der Oberſte Waldbott*, *f*) in aliis der *Ober* vel *Oberſte Maerckermeiſter*, qui perinde ac marcani reliqui comparere tenentur, quamquam perſonalis comparitio poſtea remiſſa & licentia data fuerit, commiſſarios vel deputatos mittere *g*). Fieri debet haec conuocatio tempeſtiue *h*), modus conuo-

*e*] vid. PUFEND. de iurisd, Germ. P. III. S. I. c. 1. §. 1. ſeq. p. 616. ſeq. & cap. II. §. 1. ſeq. p. 638.

*f*] vid. Inſtr. apud WIEDERHOLD §. XIX. p. 52.

*g*] Haec libertas expreſſe conceditur in cit, Inſtr. §. III. p. 44. Durch ſeine maechtige *Sendbott/chafft* &c. quod & in aliis marcis permittitur denen Ober Maerckern vid. REINHARD c. I. S. III, §. VIII. pag. 142. & quoniam tandem eo res peruenit, vt ipſi domini territoriales munus hoc non

conuocandi eſt diuerſus, ſit tamen denunciatio publice, vel per campanae ſonitum *i*), vel per clamorem nuncii *k*) *des Marckſchreiers l*), vel etiam per denunciationem pro ſuggeſtu *m*), aut pro aede ſacra, *n*) rite facta conuocatione & citatione marcanorum, hi omnes comparere tenentur, vnde iudicium dicitur *ein Voll Maerckergeding o*), non comparentibus *p*) vero, praeuia denunciatione *auff vorgebende Ruge*, ob contumaciam poena dictatur, quae tamen vniformis non eſt, plerumque mulcta *q*), aliquando etiam poena priuationis iuris marcalis *r*) coercentur contumaces, niſi iuſta abſentiae impedimenta allegari *s*)

eadem

non defugerint, facile intelligitur ratio, cur hodie eorum vices plerumque officiales die Beambte gerant vid. Inſtr. Not. apud Dn. de SENCKENBERG p. 445. Daſs an ſolchen Maerckerdingen allwegen ſitzen die Heſſiſche Amptleuth oder Rentmeiſter zu Nidda als Oberſte Maercker oben an.

*h*] Hinc in Inſtr. Dieburg: legitur: *Zeitlichen* verbotten und verkundent was vid. etiam REINHARD *Adi. N.* IV. p. 171. & *N.* IX. p. 218.

*i*] vid. Idem ibid. N. IV. p. 171. & N VII. p. 189.

*k*] in Inſtr. marc. Dieburg. legitur: Des *Abends* mit dem *Geſchrey* und des *Morgens* mit der *Klocke*.

*l*] vid. Inſtr. apud WIEDERHOLD p. 52. §. XIX.

*m*] vid. REINHARD *de iur. for. Adi. N.* IX. p. 218. Und wo Kirchen ſein, da ſoll man das Maerckergedinge *uff den Cantzeln* thun verkuendigen.

*n*] vid. *Idem* c. l. N. IV. p. 171. Oder *vor der Kirche*.

*o*] apud Dn. *de* SENCKENBERG c. l. p. 453: & STISSER p. 32.

*p*] Sunt enim omnes marcani *dingpflichtig*, adeoque ſine iuſta cauſſa emanere nequeunt. vid. *Adiunct.* apud REINHARD. N. I. p. 161, N. IV. p. 173. N. VII. p. 198. & N. IX. p. 218.

*q*] in Inſtr. apud WIEDERHOLD §. XIX. p. 53. iniungitur comparitio: bey Peen und Verluſt achten halben Schilling, Heller vid. etiam allegata in not. praec.

*r*] vid. REINHARD Adiunct. N. I. p. 161. & N. IX. p. 218.

*s*] Vid. WIEDERHOLD p. 42. ibi: Ward ſeine Gnaden erbetten ſolchs ausbleibens der gegenvvaertigen Unmus halber der Ernd vor diesmahl gnaediglich begnugig zu ſeyn. add. REINHARD Adi. N. IX. p. 218.

eademque, deficiente, alia demonſtratione, iuramento corroborari potuerint *t*), ſiue autem ſtatis temporibus annuatim marcani conueniunt *u*) ſine ſpeciali praecepto, ſiue eo praeuio, fieri id debet more antiquo Germanorum horis matutinis *x*), in loco, quem marcani ſemel elegerunt, qui mallus, ſiue mallobergium *Malſtatt y*) dicebatur, plerumque ex more antiquo ſub dio *unter dem freyen Himmel oder unter der Linden. z)* Comparentibus in hoc loco marcanis, quum antiquitus

*t*] vid. Idem ibid. p. 218.

*u*] in marca Rodheimenſi ſtatus hic dies erat XII. Menſ. Nou. vid. Adp. N. I. p. 1. In Altſtadienſi poſt feſtum S. Waldburgis vid. N. II. p. VII. in Moerlauienſi certus dies non erat determinatus vid. Adp. N. III, p. XIV. In Marca vor der Hoehe olim dies S. Catharinae vid. WIEDERHOLD §. III. p. 44. poſt ea autem dies Mercurii poſt feſtum Pentecoſtes placuit vid. Id. ibid. p. 55. In Carbenſi dies S. Johannis Bapt. & Archangeli Michaelis. Vocantur Maerckerding Tage vid. dict. Inſtr. pag. 40. & 52. §. XIX item Pflicht Tage und Maerckergeding, apud REINHARD Adi. N. IX. p. 184.

*x*] vid. Capit. 33. c. 2. vbi mandatur, vt pauperum ratio atque querela ante medium diem audiatur & definiatur. add. *Ius. Prou. Sax.* L. 3. art. 61. REINHARD. c. l. §. VII. p. 141. vid. Adp. N. II. p. XIII. ibi: Zu Mittags Zeit oder nahe dabey. In marca vero Rodheimenſi contra ſolitum morem tempus veſpertinum placuit vid. Adp. N. I. p. 1.

*y*] vid. Adp. N. III. pag. XIV. & apud REINHARD Adi. N. III. pag. 167. hinc Malleute und Marckgenoſſen. apud STISSER: *Forſt- und Jagd. Hiſt. Lit.* E. p. 37.

*z*] vid. Adp. N. II. p. XI. Pariter in marca Carbenſi iudicium habetur *unter der Linden*, ſicuti in Marca Homburgenſi & Seulbergenſi *auf der Aue* vid. WIEDERHOLD & Dn. de LUDOLF l. c. Moris enim fuit locum iudicii arbore procera praeſertim tilia ſignare vid. ECCARD. *ad L. Sal. Tit.* 2. *c.* 1, *p.* 14. Vbi vero tempeſtatis iniuria fieri non potuit, eligebatur locus in templo vid. STISSER. l. c. Adi. Lit. F. p. 39. ibi: Jſt zu Glaene Holting gehalten worden in der Kirchen uff dem Koer, nachdem es geregnet &c. Vbi vero hic mos non remanſit, in locis etiam tectis, vt in marca

tus nefas habebatur, iudicem partes audire ac decernere, *ehe die Banck geſpannet und das Gericht geheget und geboten worden a)*, ante omnia requiritur ſollemnis munitio & ſecuritatis conſtitutio *b)*, quae, vt in aliis iudiciis Germanorum *c)*, ita quoque in iudiciis marcalibus fiebat, vel nomine *des Waldbotten*, *d)* aut ſupremi marcae praefecti *des Obermaerckermeiſters e)*, vel etiam nomine domini territorialis, vt vel territorii dominus eſt *f)*, vel munere *des Obermerckermeiſters* fungitur, *g)* & reliquorum officialium marcae omniumque marcanorum *h)* per ſollemnem interrogationem *i)* de tempore potiſſimum & loco iudicii *k)*

marca Rodheimenſi unter dem Spielhaus vid. Adp. N. I. p. 1. vel in curiis unter oder auf denen Rathaeuſern iudicia haec celebrantur vid. REINHARD S. III. §. VII. p. 139.

*a)* Ius Prou. Sax. L. I. art. 59. & gloſſ. ad h. l.

*b)* Huius munitionis mentio fit in Inſtr. marc. Dieburg. de A. 1429. his verbis: Da hieſſen die obgenante Juncker &c. den Maercker fragen, von was vvegen manne das Maerckerdinge haegte und ihme Friede und Bann thaete, da vveiſeten die Maercker &c. und ſprachen, von unſers gnaedigſten Herrn von Mayntz und der Maercker vvegen, alſo haegte der Centhgraff vorgenant das Maerckerdinge von des vorgenanten meines gnaedigen Herrn von Maynz und der Maercker vvegen und thaete dem Fried und Banne, alſo daſs der Maercker vviſſet und erkennet daſs es vvohl gehaegt vvaere und moege und macht haben ſollte. Zu Stund giengen die Maercker gemeiniglich uff an ihr Geſpraech &c, vid. etiam Adi. apud REINHARD. c. I.

*c)* vid. Dn. ECKHARD *de interrog. in iur. apud Germ.* §. VI. ſeq.

*d)* vid. Inſtr. apud WIEDERHOLD p. 40. & apud DN. *de* LUNDLE Tom. II. Symph. p. 1. col. 407.

*e)* vid. REINHARD. Adi. N. VII. p. 189. 191. & 192. add. Adp. N. II. pag. VII.

*f)* vid. Idem ibid. Adi. N. IV. p. 171.

*g)* vid. Id. N. III. p. 167. ibi: Als ein Erſter Maercker und Erbherr &c.

*h)* vid. not. praec. *d)* & *f)* & Adi. apud REINHARD. N. I. II. & IX. p. 157. 164. & 216.

*i)* Ab his interrogationibus, vid. *Statut. Stadens:* apud Illuſtr. DN. *de* PUFEN-

DORF

*k*). Conſtituto iudicio cauſſae ad illud pertinentes cognoſcuntur, quae quidem cauſſarum cognitio non ſine omni probatione fieri poteſt, ſufficit tamen ad conuincendum transgreſſorem legum marcalium, ſi denunciatio facta fuerit ab aliquo officiali iurato, cui plena fides habetnr *l*), donec denunciatus ſe purgauerit vel iuramento *m*), vel alio modo *n*). Quemadmodum autem Germanos plerumque in conuiuiis, tanquam nullo magis tempore, aut ad ſimplices cogitationes pateat animus, aut ad magna incaleſcat, conſultaſſe ſcribit TACITVS *o*), ita iudicia quoque inter pocula & epulas agebantur. Quare mirandum non eſt, unde ſit, quod adhuc hodie in plurimis iudiciis marcalibus, peracta cauſſarum diſceptatione, vna epulentur, praefecti ſupremi *die*

DORF in Adp, *ad obſ. iur. vniuerſ.* p. 206. §. XII. iudices in priſcis chartis *Frager*, ſiue *quaeſtionarii*, ab admonitionibus vero, Scabinorum vt iurisiurandi praeſtiti memores ſententiam ferrent, *monitores* ſiue *Mahner* adpellantur vid. DN. ECKHARD *de interrog. in iur. apud Germ.* §. VII. & §. XIV. ſeq. Formulas interrogationum in iudiciis marcalibus vide apud DN. *de* LUDOLF l. c. col. 407. add. Adi. N. II. apud REINHARD. p. 165.

*k*] Hac formula: Iſt es Zeit das Maerckergeding zu hegen?

*l*] vid. Adp. N. II. p. VII. & IX.

*m*] vid. Adp. N. I. pag. II.

*n*] Vſitata aliquando fuit purgatio per *ordalia* ſiue iudicia Dei vid. I. C. BECMANN *de iud. Dei* HEINEC. *Elem iur. Germ. L.* III. §. CLXXXIII. Ad quae pertinet iudicium aquae, das *Waſſer Urtheil*, non ſolum feruentis, ſed etiam frigidae vid. Idem ibid. §. CCXLII. Notabilem caſum habet MAURIT. *P. I. Conſ. Chilon. XXIII.* p. 288. ſeq. eadem porgatio etiam in iudiciisforeſtalibus non Incognita erat, vid. STISSER c. l. Lit. B. p. 6. *in aemWeisthum ueber den Dreyeicher Wald*, ibi: Und ſoll man ihme ſein Hend binden zu Hauff, und ſol Ine einen heynen Knebel zvviſchen ſeinen Beinen und Armen durchſtoſſen und ſoll Ine vverffen in ein meyſche boden von dreyen Fuder Waſſers fellet er zu Grund, ſo iſt er ſchuldig, ſchvvebt er empor, ſo iſt er unſchuldig, das ſoll man Dreyvverb thun.

*o*] de M. G. cap. XXII.

*die Oberſte Maercker* vel eorum & marcarum officiales, *p*) cum aliis ex honoratiorum incolarum numero inuitatis conuiuis, haec tamen conuiuia, quum aliquando iusto sumptuosius parata essent, in ordinatione marcae Carbensis de A. 1658. certo modo limitata sunt *q*).

## §. XXII.

## CAVSSAE IN IVDICIIS MARCALIBVS TRACTANDAE, IVS MVLCTANDI, PIGNORANDI ET PVNIENDI.

Quod causſas in iudiciis marcalibus tractandas attinet, hae non vnius, sed diuersi generis sunt. Inprimis agitur de constituendis in marca nouis officialibus *r*) qui libere a marcanis eliguntur *s*) communibus votis ac suffragiis praesentium *t*), nec enim pluralitas voto-

rum

*p*] Vbi denen Ober-Maerckern plerumque ius primi hauſtus, den Antrunck zu thun competit vid. REINHARD c. l. p. 147. & Adi. N. III. & V. p. 168. & 182. Sic in marca vor der Hoehe inualuit mos, vt, qui ex honoratioribus prima vice in iudicio marcae adsidet, poculum variis insigniis atque ornamentis notatum exhauriat. Simile quid obtinet in Castro Friedbergensi, vbi nouus Castrensis *ein Neuer Burgmann*, facta, post praestitum iuramentum, receptione, his quoque sacris initiatur, vt antiquo vrceo fictili, cui olim nomen *der Kraus*, hodie *des Patriarchen* haesit, vinum Rhenanum exantlare, hoc vero facto poculum argenteum, quod *die Quittung* vocari consueuit, exhaurire teneatur.

*q*] §. vor das andere. vbi haec verba: Und ſollen an der Herrn Maerckermeiſter Taffel vor jede Perſon bey guten wohlfeilen Zeiten 4 Bazen, an deren Holtzgeber und foerſtern Tiſch 3 Bazen vor Eſſen Speis und Bier, der Wein aber angeſchnitten und abſonderlich verrechnet werden, vid. Adp. p. VIII. verſ. Fuerters weiſen ſie.

*r*] vid. Adp. N. II. p. VII.

*s*] vid. Adp. c. l. add. Adi. apud WIEDERHOLD p. 53. §. XX.

*t*] Abſens enim pro hac vice ab electione excluditur; Verleuſt den Tag ſein Kuere vid. Inſtr. apud Eundem pag. 53. §. XX.

rum attenditur in cauſſis, quae plures, vt *ſinguli* ſunt, attinent. Diſcrepantibus enim Landſiedeliis aliisque ruricolis, conuocandi ſunt bonorum domini, qui non prius dimittuntur, quam ſi collatis ſuffragiis conſtituerint *den Oberſten Maerckermeiſter u*), munitur porro marca determinaturque, qua ratione marcani communibus emolumentis vti frui debeant, *die Marck wird das Jahr beſtellt mit Rath der Maercker und Landmann und wie die Marck auff dann beſtallet wird, alſo ſoll es auch daſſelbe Jahr gehalten vverden, x*) ſi id neglectum fuerit *von dem Waldbotten, iſt die Marck offen und ſol der* Maercker *oder* Landman, *ob er darnach verbrech, auch nicht bueſen y*) Praecipuae autem occupationes, quibus diſtinentur marcani, ſunt, vt coerceantur, quotquot decreta legis & repagula iuris marcalis perfregerunt, excluſa omni proſopolepſia, poenam irrogando, quam ius conuentionale ſtatuit, *z*) adeo, vt ne quidem immunitatem habeat der *Waldbott a)*. Ne quid igitur impuni-

*u*] vid. Adp. N. II. pag. VII, & VIII.

*x*] Inſtr. apud WIEDERHOLD pag. 44. §. III.

*y*] cit. Inſtr. § III. Sed ſublata eſt haec lex intuitu des Oberſten Waldbotten per nouam ordinationem in iudicio auf Bartholom. A. 1547. in verbis: Iſt eintrechtig beſchloſſen, obgleich der Waldpott zu Jh. Gn. ziemlichen Nottdurfft dem jaerlichen beſchluſs zu wieder im Wald Holtz hauen wirdt, oder hauen lies, dafuer doch der gemein Maercker unterthaenig bitt, auch hoffe ſolches gefehrlicher und beſchvverlicher weiſe nit geſchehen ſoelle, ſo ſollte doch der gemein Mercker und Landmann Ihre vervvirckte Buſſen tragen, und ſich Verbrechung des Waldpottens nichts zu behelffen, oder zu weigern haben.

*z*] Id quod dicitur *richten nach recht*, niſi de poena tranſigatur, quod ſignificat *richten nach Gnade* vid. REINHARD S. III, §. VIII. p. 144. in Adp. N. I. p. II. exprimitur *theydingen* und *ueberkommen* & p. III. *theydingen* und *ustragen* & N. II. p. VIII. den Leib an *Gnaden* zu *thaetigen*. Errat igitur SCHILTER *in gloſſ.* qui *thedingen*, idem eſſe ac terminum iuridicum praefigere, putat. vid. GUNDLING *ad Pand.* p. 193. §. 2.

*a*] vid. not. praec. y) in marca tamen Dieburgenſi *die Hochſchoepfen* certo modo exemti videntur vid. Inſtr de A. 1429.

punitum maneat, marcani & praecipue iurati officiales tenentur denunciare *rugen*, quod tamen praesignificandum est ei, quem marcae communi damnum inferre deprehendunt, his verbis: *darumb mueſſe he in rugen*. Si vero forestarius ab eo animo adeo alieno esset, vt nequidem colloqui velit, *daſſ er ihm nicht vvolt zu Koſſen*, truncum arboris pulsare & dicere debet: *hierumb muſſ ich dich rugen b)*. Mulctam dicunt marcani, *c)* nisi aliud conuentum fuerit, vt in marca Dieburgensi, vbi potestas dicendi mulctam est penes praefectum & senatum Dieburgensem, vna cum scabinis, saluo tamen arbitrio marcanorum eam augendi minuendique *d)*. Qui mulctam *eine eynunge e)* debet, eam soluere tenetur, prius tamen audiendus est, si se defendere vel transigere velit, *f)* sin secus pignora capiuntur & distrahuntur *g)*, praeterea aliquando transgressores legum marcalium vsu communis marcae priuant poenasque corporis adflictiuas & capitales irrogant *h)*.

§. XXIII.

*b*] vid. Adp. N. II. pag. IX.

*c*] Qui etiam compendium mulctarum consequuntur, ita tamen, vt aliqua plerumque pars pertineat ad praefectum vid. Adp. N. II. p. VIII. vel ad dominum territorialem. Sic in marca Carbensi, vt ex ord. de A. 1658. §. 52. patet, vna pars mulctarum Castro Friedbergensi, ceu domino territoriali, altera supremis praefectis, tertia denique denen Maerckermeistern und gemeinen Maerckern relinquitur; nisi aliud pacto vel consuetudine introductum fuerit, vt in marca Dieburgensi, vbi explicite cauetur. Und sollen auch keinen Antheil an einigen Bussen der Marcken nit haben.

*d*] Vid. Instr. marc. Dieburgens. de A. 1429. in verbis. Dunckt dann *die Maercker gemeiniglich*, dass es zu *hoch* seye, so moegen sie doch *niedern*, dunckt sie aber dass es zu *nieder* sey, so moegen sie das *erhoehen*.

*e*] vid. Adp. *N.* I. pag. III. ibi: verloehre einer von Koepfern *eine einunge*, quod enim haec vox mulctam denotet, patet ex Adi. N. III. Append. p. XV. ibi: der sein Buss oder *einig* schuldig. add. SCHILTER *in gloss.* p. 260.

*f*] vid. Instr. apud WIEDERHOLD §. XXIV. p. 54. & not. praec. z).

*g*] vid. Adp. N. I. pag. II.

*h*] vid. Instr. apud WIEDERHOLD §. XIV. p. 48. & 49. vbi poena haec *an den*

## §. XXIII.

## ABVSVS COMMVNITATVM MARCARVM ET MODI EAS DISSOLVENDI.

Quemadmodum praeter aemulationem, *i*) immenſasque contentiones ac diſcordias facile inter ſocios iuxta paroemiam: *Gemein iſt ſelten ein k*) oriundas, plura ſunt incommoda, quae ex communitatibus marcarum metuenda ſunt, ita mala imprimis adminiſtratio effecit *l*), vt domini territoriales, quoniam reipublicae interreſt, ne quis re ſua male vtatur, *m*) in id intenti fuerint, vt his malis, quantum fieri potuit, medicinam adferrent, qua non perderentur, ſed conſeruarentur communitates marcarum *n*). Nihil igitur praetermiſerunt

&

*den Baumſchelern* ſtatuitur: Dem ſoll man ſein Nabel aus ſeinem Bauch ſchneiden und ihn mit demſelben an den Baum naihlen und denſelben Baumſcheler umb den Baum fuehren ſo lang bis ihm ſein Gedaerm alle aus dem Bauch umb den Baum gewunden ſind. Jis vero qui ſtudio & dolose ſiluam incendunt, haec irrogatur poena: Dem ſoll man Haende und Fueſſe binden und zu dreyen mahlen in das groeſiſt und dickiſt Feuer werffen, kommt er dann daraus, ſo iſt der Frevel gebueſt.

*i*] vid. ſupra §. X.

*k*] apud HERT. Lib. I. par. 25. Vol. I. Tom. III. op. pag. 434.

*l*] Verum eſſe, quod in prouerbio Germanorum dicitur: *Viel Koech verſaltzen den Brey*, ſiue *Bey vielen Hirthen wird uebel gehuethet*. vid. Idem l. c. Lib. I. par. 77. p. 526. teſtatur quotidiana experientia.

*m*] §. *fin. Inſt. de his qui ſui vel al. iur.*

*n*] Nam abuſu non vſus tollendus eſt. cap. 39. X. de Sim.

& quantum facere potuerunt enifi ſunt, vt iura & ſtatuta marcalia emendarent, ſuaque auctoritate confirmarent, reſeruata poteſtate addendi & minuendi *o*) abrogatisque deliramentis, quibus marcani aliquando pro conſuetudinibus abuti voluerunt, quod incolas marcae Carbenſis feciſſe patet ex ord: marc: de A. 1658. vbi verba ſic ſonant: *Sich gleich anfangs befunden, daſſ bey dem lang gevverden leidigen Kriegs vveſen in der Marck allerhand Unordnung und ſchaendliche Miſſbraeuche eingeriſſen, die gemeine Maerckermeiſter viel ungereimte ſachen proponiren laſſen und ſolches einzuvvilligen inſtaendig angehalten, unter dem Vorvvand ob ſeye ſolches von Alters alſo herkommen und* obſeruiret *vvorden, vvelches theils zur ſchmaelerung der Kaeyſerl. Burg Obrichkeitlichen Hobeit und der Herrn Maerckermeiſter gebuehrenden* reſpects, *theils dem eingeſeſſenen von Adel, als Obermaerckern, zum* praeiudiz, *denn auch der gemeinen Marck ſelbſten zu ſchade und Nachtheil gereichen thaete.* Spreuerunt quidem & pro nihilo putarunt ſaluberrimam hanc totique comunitati neceſſariam admonitionem, ſed tantum abeſt, vt aliquid effecerint, vt potius iam in eo eſſet, vt iure ſuo priuarentur. Sententiae enim Caeſareae d. d. 17. Iul. 1719. quam ſupra *p*) adduxi, expreſſe adiecta fuit comminatio: *Daſſ die Maercker gemeinde ſambt und ſonders ſich nicht unterſteben ſollen, deshalben neue und anderweite leere und vergebliche ſtreitigkeiten, zanck und proceſſ zu erwecken und anzufangen, vviedrigenfalls und da ſie hierunter eine vveittere* renitentz *und ungehorſamb bezeugen vvuer-*

*o*] vid. Adp. N. III. pag. XIX.
*p*] §. XIV.

*vvuerden, Jhro Kayſerl. Maj. vvurden bevvogen vverden die Carber Maercker Gemeinſchafft gar zu* diſſoluiren *und aufzuheben.* Non ſolum autem abuſus iuſta eſt cauſſa diſſoluendi marcarum communitates, ſed plures aliae ſunt, quae hanc diſſolutionem permittunt, vel ſaltim ſuadent, quas omnes enumerare non vacat, ſed illud ſilentio praeterire nequeo, quod, etſi in eo diſpar ſit communitatis a contractu ſocietatis ratio, quod in illa cuique condominorum, reliquis etiam inuitis, prouocando, quandocunque voluerit ad diuiſionem, eam diſſoluere queat, *q*) in communitatibus vero marcarum obiecti qualitas, quum fere indiuidua ſint bona communia, quae a ſociis marcarum, pro indiuiſo poſſidentur, effecerit, vt hic modus diſſoluendi exulet, nihil tamen impediat, quo minus mutuo omnium ſociorum diſſenſu & accedente conſenſu dominorum territorialium, vt quaelibet aliae ſocietates & communiones diſiungi queant, quoniam non plane impoſſibile eſt, vt cuilibet oppido, pago, viculo, aut villae pars quaedam diuiſa adſignetur ex diſtrictu, quem omnes pro parte indiuiſa hucusque poſſederunt, idque fieri non ſolum poſſe, ſed reuera iam factum eſſe experientia teſtatur, dum non omnes communitates marcarum, quarum ſupra *r*) facta eſt mentio, noſtro aeuo ſuperſunt. Quamobrem ſicut Anno huius ſeculi trigeſimo diuiſio marcae Rodheimenſis facta fuit inter incolas oppidi Rodheim dominatus Hanoici & pago Koeppern, qui eſt in & de territorio Sereniſſimi

*q*] HERT. *diſſ. de ſociet. fact. contr: Sect. I.* §. XVII. *Vol. I. Tom.* III. *op.* pag. 184

*r*] §. VI.

nissimi Hassiae Landgrauii Homburgensis, vixque triennium praeteriit, ex quo eadem ratione, consensu Electoris Moguntini & Castri Friedbergensis, marcae Moerlanensis partitio facta fuit: ita vix ambigendum est, quin aliae communitates eadem libertate gaudeant. Ego vero finem scribendi facio, quoniam ea est materiae huius vbertas, vt dissertatione academica includi nequeat, Deo autem vitam & vires largiente prolixiorem explicationem adiunctis instrumentis, quae in manibus habeo, polliceor. Te autem B. L. valere iubeo, tuam mihi beneuolentiam & vt conatibus meis faueas exoptans.

FINIS

## ERRATA.

Quae B. L. ita emendabit pag. 15. lin. 7. post verb. *Imperiales* inseratur *Francofurtum* & not y) lin. 1. post verb: *Francofurtum* addatur *pago speciali*. pag. 16. not. b) lin: 1. pro *captus* lege *lapsus* ibid. not. d) lin. 1. pro 129. lege 125. pag. 30. lin. 3. pro ἀκμὴ lege ἀκμὴν. pag. 30. lin. 6. add. i. pag. 34. lin. 10. pro 1539, 1530. pag. 48. lin. 11. post verb: *potestatis* del. Comma & ponatur post verb: *ciuilis*.

# APPENDIX DOCVMENTORVM

## Num. I.

## Rodheimer Marck-Instrument de Anno 1454.

In Gottes Nahmen Amen; Kund sey allen denen, die dieses offen Instrument ansehen oder hören lesen, daß in dem Jahre, als mann nach Christi Geburth schrieb vnnd zahlte vierzehen hundert und vier vnnd funffzig Jahre, der andern Indiction, Babstumbs des Allerheiligsten inn Gott Vatters vnnd Vnsers Herrn, Herrn Nicolai des fünfften Bapstes, in dem achten Jahre seiner Bäbstlichen Crönunge und Wirdigkeit, vf den zwölfften Tag des Monats zu Latein genannt November, desselben Tags zu oder vmb Vesper Zeit, inn dem Schloß Rodheimb Meinzer Bistumbs vnder dem Spielhause daselbst inn Gegenwertigkeit mein offenbar Schreibers vnnd Gezeugen nachgeschrieben, stunden gegenwertig die Ersamen Weisen vnnd bescheiden Menner, Herr Conrad Affenstein Pfarrer zu Rodheimb obgenant, Herr Johan Pfaff von Seulburg Caplan zu Leychen vnnd andern die Märcker gemeiniglich zu vnnd inn Rodheimer Marcke gehörig, mit Nahmen die Männer wonhafftig zu Rodtheimb vnnd zu Köpfern, vnnd hegten und besassen samptlichen ein vngebotten Rodtheimer Märckerding vnnd weisten vnnd setzten zu Recht etliche Puncten, Articul vnnd Stücke von des genanten Märckerdings wegen, wie die von einem ieglichen ohn Intrag vnnd Hinderniß bey der Marckbuße gehalten soll werden, inmaßen hernach volget. Zum Ersten bekennet mann, niemandt keines Rechten inn Rodtheimer Marckh, dann denjenigen, die in der Marckh wonhafftig seindt und eigen Rauch darinnen haben. Vnnd wann einer inn samentlicher maß inn die Marckh kompt, vnnd sich darnach vorgemelter Weisung gebrauchen will; So soll er einem Märckermeister geloben der Marckh Recht vnnd Herkommen helffen zu behaltten, vnnd allerdings die Marckh antreffen gehorsam zu seyn, als ein ander Märcker, Iten. soll ein jeglich Märcker der Frucht im Felde hat, den Förstern geben einen Siechling Korns, oder eine Garbe Weitzens, ob er des Korns nicht hette, oder ein Haffer Garben,

ben, ob er Korn oder Weitzen nicht hette, hette er aber diß alles nicht; So soll er Jhnen geben ein Engelschen oder ein Engelschwertt Eyer darvor, vf den Grünen Donnerstagk desselben Jahres; Item weist mann einen jeglichen Pfarrherr zu Rodtheimb der in Zeitten ist, vor einen Oberssten Märcker inn Rodtheimer Marckh; Item weißen die Märcker, ob ein Ausmärcker hiewe in der Marcke Rodtheimb, daß mann dem mag nachvolgen bis vf den Rehyn, und auf den Heßenforth, vnnd so mann ihnen begreifft, so hette er verlohren ein Helbeling und zwanzig Pfundt, vnnd darzu wagen vnnd Pferdte, die Pferde wehren der Märcker, vnnd der Wagen der Förster, vnnd soll auch damit solcher mann, der den genannten brächt vnnd schaden vberfahren vnnd gethan hette theydingen vnnd vberkommenen, von solches obgemelten schadens wegen, mit dem Märckermeister vnnd Märckern; Item ob ein Märcker Holz aus der Marckh führte der verlöhre drey Gulden, vnnd sollte der Marckh verweist sein, bis daß Jhnen die Märcker wieder einnehmen; Item hiewe Jemandts inn der Hege, es wehre ein Jnnmärcker oder Ausmärcker, der hette verlohren drey Gulden vnnd ein Handt. Item hiewe ein Märcker inn den verpotten Wälden, der hette verlohren drey Gulden; Item würde ein Jnmärcker oder Ausmärcker verleumet, daß er bußfellig wehre worden und entschlüge oder entschuldigte sich dessen nicht mit dem Eydt binnen vierzehen Tagen, nachdeme, so ihme solches verkündet wehre, So wehre es, vnnd soltte sein ein Warheit, vnnd solt auch solcher Mann alsdann büßen nach dem alß das Märckerding vber solchen Broch weiset; Item die Eulner sollen nicht mehr dann zween Offen haben inn der Marckh; Item sollen die Eulner eylen mit keinem grünen Holze, sondern mit dorren vnnd windbläsigen Holze; Item sollen die Eulner einem Jeglichem Jnmärcker, der Döpfen vmb sie kaufft, inn sein Hauß zu gebrauchen, zwey Pfennig wehrt, vor Sieben Schilling geben und nicht höher, welcher das verschlüge oder überführe, der wehre dem Märckermeister verfallen mit zwanzig Pfennigen; Item soll Jeglich Eülner dem Schloß in Rodheimb alle Jahr machen, zwey Hörner vff die Wachte, so das an sie gefordert wirdt, welcher das nicht thette, der wehre auch dem Märckermeister verfallen mit zwanzig Pfennigen. Item die Schmidte zu Rodheimb sollen Jeglicher im Jahre zwey Kole haben, im Lenzen ein Wagen volle und im Herbst zween Wagen volle, darumb soll ihr Jeglicher einem Märckermeister ein Pferdt newe beschlagen, ahn allen vier Füßen und soll auch

fangen

langen mit dem Haugck mit einem Ende auf den Pfhole vnder den Hanbuchen; Jtem ein Abtißin zum Thron mag sich mit Jhren Viehe des Closters daselbst der Weide inn Rohtheimer Wald gebrauchen die Bach herabe, bis auf die Wege und den Schieffwege, darumb soll sie alle Jahr einen Ochsen bestellen zu dem Viehe, zu Faselung ghen Rodtheimb. Jtem kein Ausmärcker soll sich mit seinem Viehe der Marckh gebrauchen, er thue es dann mit wißen, Laub vnnd Willen. Jtem so soll kein Inmärcker keines Außmärckers Viehe zu Jhme nehmen, sich der obgenannten Marckh zu gebrauchen, er thue es dann mit wißen, Laub vnnd Verhengnus aller Märcker; Jtem auch sollen die von Köpfern alle Sonntag einen von ihrer Gemeine vor der hohen Meß ghen Rodtheimb obgenant schicken vnnd senden, ob die Märcker zu Rodtheimb Jechts von der Marckh wegen zu Rath worden, daß er solches seinen Nachbaren zu Köpfern ob berürt zu wissen thun vnnd verkünden mögte. Vnd wehre es dann, daß in samentlicher Verkündigung einiger der Märcker von Köpfern seumig wehre und zu dem Verbott nit keme, der hette verlohren und were verfallen den andern Märckern mit zwanzig Pfennigen. Jtem würde der Wald angestoßen oder mit einem Feuer beschwerth oder wie es kehme, daß er brent, So solten die von Köpfern den Wald löschen und denen von Rodheimb von Stundt verkundigen, so sie des gewahr würden, darumb soll ihnen ein Märckermeister zu Jeglichen Märckerdinge, so sie das suchen, von der Marckh wegen geben, ein Viertel Weins, vnnd wehre es, daß einig Märcker zu der obgemelten Leschunge nit kehme, so ihme das zu wissen würde, der verlöhre zwanzig Pfennig. Jtem verlöhre einer von Köpfern eine eynunge vnnd wollt sich nicht laßen pfenden, vnnd geböte der Märckermeister dan vmb den Märckern aus, den zu pfenden, was dan derer mitgiengen, der verdient Jeglicher zwanzig Pfennige, die solte allzumahl der Bußfellige bezahlen, vnnd welcher Märcker nit mitvolget, so er doch gemahnet vnnd geheischen wehre, von dem obgenanten Märckermeister, der verlöhre auch zwanzig Pfennige; Jtem die Liendschließer, die sehyle und strenge machen, vnnd aus der Marckh tragen, vnnd nit mit dem Märckermeister vnnd den Förstern theydingen vnnd vßtragen, die soll man rügen ahn dem Märckerdinge. Jtem wann man an dem Schloß zu Rodtheim etwas bawen will vnnd verkaufft man des Waldes nicht, So soll mann den von Köpfern nach Anzahl vnnd Menge der Märcker inn Jhr Gemeinde auch darvon lassen werden, gegen

der Zahle vnnd Menge der Märcker zu Rodtheimb, nachdem als an der ieglichem ende wonhafftig und geseßen wehren. Jtem wann ein Märcker inn der Marcke zu Rodtheimb oder zu Köpfern bauen will, der soll kommen bey einen Märckermeister derselben Marck sein Gehorsamb beweisen und Jhnen vmb Holz bitten, ihme gönnen zu hawen, so ihm das erlaubt wird, vnnd er das Holz gehawen hat, so soll er es binnen des nehisten Monats Frist darnach ungefehrlich ausführen, vnnd ob er solches redlicher anliegender noth wegen in der genannten Zeit nicht thete, So soll er doch mit nahmen solch Holz vmbschlagen, vnnd innerhalb eines Monats Frist darnach nechstvolgendt ausführen, vnnd ob er das auch nicht thette, welches er der zweyer Jeglicher Vorgenanten Zeit verseumet, So hette er der Marckbuß verbrochen, vnnd soll das Büßen nach der Marckh Recht vnnd Herkommen, vnnd zu Ausgang der obgenannten Zeitt, möcht ein Jeglich ander Märcker solch Holtz ausführen vnnd verbawen, zu seiner Nottdurfft ohne Jntrag und Hindernus, des der es gehawen hette. Jtem wann ein Märcker in vorgemelter maß Holz ausgeführet hat, So soll er das zu einer Schewrn gehört, innerhalb einem halben Jahr nechst darnach verbawen vnnd aufbringen, welcher das in Jeglicher vorgenanten Zeit nicht thette, der hette auch der Marckbuß verbrochen vnnd soll das Büsen nach der Marck Recht und Herkommen. Jtem wollt ein Märcker ein stehenden Baw abbrechen der soll einem Märckermeister vor solches zu wißen thun, So sollen die dreyzehen Geschwornen solchen Bawe besehen, ob er also gebrechlich were, vnnd erkenten die daß der Baw solte bleiben stehen, vnnd nit abgebrochen werden, dabey soll es bleiben, Breche aber einer vber solch Erkendtnus der dreyzehener, oder ohne ihren Wißen vnnd Willen solchen Baw ab, der hette der Marckhbusen verbrochen, vnnd soll das auch büsen nach der Marckh Recht vnnd Herkommen; Jtem ist ein Hoffgelegen zu Petterweil, der ist vor Zeitten gewesen eines Apts von Fulda vnnd hat Recht inn der Marcke ein iegliche Wochen auf zween Tage mit einem Wagen Holtz zu holen, vnder der Hanbuchen vnnd anders nirgendt, vnnd so die Besitzer desselben Hoves solch Holz hohlen wollen, So sollen sie es zu ieglicher Zeitt einem Märckermeister zu Rodtheimb zu wissen thun, die Förster darbey zu bescheiden, ob er woltt, auf daß sie blieben, da ihnen gehört; Darumb sollen sie alle Jahr geben einem Märckermeister oder wenn er darnach schickt, auf Sanct Marx Tag, zwanzig Eyer vnnd den Förstern

